Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

LN 667
ex. 3

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Humaniss: ac Doctiss: viro
D. Caspar[o] Peucero
Medico et profess: Vite
bergensi, Amico
Chariss:
~~dd~~
Autor
10 Maij
Anno
1574
Vitebergæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

53-43
4°

6939

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

C. ERASMI MICHA-ELII LAETI,

ROMANORVM CAESARES ITALICI.

ad

MAXIMILIANVM II,
Inuictiſſimum Romanorum Imperatorem, ſemper Auguſtum &c.

H. O. Lange. 1886.

FRANCOFORTI AD MOENVM.

Cum gratia & Priuilegio Imperiali.

ANNO M. D. LXXIIII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Kay Høegs Samling
1970.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

INVICTISSIMO MAXIMILIANO II. ROMANORVM IMPERATORI SEMPER AVGVSTO; GERMANIAE, HVNGARIAE & Bohemiæ Regi: Archiduci Auſtriæ: Duci Burgundiæ &c. Domino ſuo clementiſſimo

S.

CVM multa ſint & varia, MAXIMILIANE, Cæſar Inuictiſſime; & Bonitatis Dei erga Homines; & præſentiæ eius in tota natura teſtimonia: quib' Authoris vniuerſi curam, diſpenſationemq́; & ſapientem Gubernationem animaduerti poſſe certum ſit: Quis enim Mundum hunc vel temerè omninò extitiſſe dixerit: vel nullo conſilio, nullis legibus ac prouidentiæ norma adminiſtrari putet: cùm vniuerſa rerum vis virtuſq́; ac diſpoſitio & opificis oſtendat ſapientiam; & conſeruatoris gubernatoriſq́; optimi conſilium, potentiam & perpetuam præſentiam indicet, arguat ac demonſtret? Intueatur aliquis in totam orbis conditi naturam: ſtatumq́; ac proprietates rerum ſpectet: ante omnia verò cœli ſoliſque perpetuos motus ac vniformes; viciſsitudines conſtantes temporum, fœcunditatem terræ annuam, perhennitatem fluuiorum, partus animantum & ſpecierum inconfuſam conſeruationem conſideret & expendat: equidem dubitari nequeat, exiſtere omnipotentem quandam & ſapientem cauſam: cuius conſilio & condita omnia; & gubernationi ſubiecta

eſſe confiteatur. Scribit Xenophon ex minimis interdum rebus ſolitum fuiſſe Socratem vel maxima diuinæ prouidentiæ teſtimonia colligere: facitq; ciliorum quæ circa Oculos ſunt, mentionem: vt è quibus manifeſta deprehendatur cura & ſolicitudo DEI pro imbello hoc & ſummè neceſſario corporis noſtri membro: quòd huiuſmodi quidem tectis ceu muniri vallariq; oculorum aciem voluerit: ne vel ſudoris defluentis importunitate atq; acrimonia: vel culicum aliarúmue rerum volitantium quę incidere fortaſſe poterant, iniuria ac violentia nudum deſertumque viſus noſtri organon omninò læderetur. Etſi autem veriſsimè id à Seneca ſit dictum; Quid ſit hoc, ſine quo nihil eſt, ſcire non poſſumus: maximè ſi naturæ humanæ anguſtia ad diuinæ eſſentiæ amplitudinem atq; omnipotentiam conferatur: tamen huiuſmodi collectiones argumentorum, quæ quidem à viris ſapientibus tanquam è medio rerum vniuerſitatis theatro pro aſſerenda diuina prouidentia, & obſeruata ſunt & conſtituta; cum primo habendæ loco; tum faciendæ ſemper ſunt profectò maximi: vt quibus & Naturæ dignitas; & rationis humanæ diligentia, animorumque ſolertia ſine perplexitate conſpiciatur. Et huiuſmodi quidem, inquam, cum plurima ſint, inuictiſſime Cæſar; in eam rem argumenta: tum omnium profectò maximum ex ipſo Gubernationis ordine, conſeruatione Imperiorum & Monarcharum vſu colligi obſeruarique poſſe exiſtimandum eſt. Cum enim omnis poteſtas à Deo ſit: nec ſint poteſtates, niſi quæ à Deo ordinatę ſunt: quo quæſo modo; quóue præſidio conſiſtere perdurareque Magiſtratū ac ſuperiores poſſe duceres; niſi ab eodem, quo primùm ordinati ſancitique ſunt, Deo protectore gubernatoreq; aduerſus eam, quæ partim à Diabolis, partim ab ingratis ſubditis atq; improba multorum peruerſorum conſpiratione excitatur conflaturque, calamitatem & perſequutionem, ſuſtentarētur? cum ita planè ſtatuam, non

tantùm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

tantùm eſſe veriſſimum iſtud Diocletiani; Nihil eſſe difficilius quàm Imperatorem benè imperare: verum etiam nullum ordinem nullumque genus hominum eſſe; cui plus moleſtiarum excitatur à Diabolis; quam ſummis Magiſtratibus: qui cum Ordinis & Capita & defenſores ſint in humano genere: equidem impulſus duros ſentiunt; quotidianaq; vulnera & morſus coguntur ſuſtinere ab importuno Sathana: qui cum filio Dei, à quo omnis boni defluit poſſeſsio; infatigabili quadam acerbitate animi ac contentionis aduerſatur: equidem & ordinis honeſti hoſtis eſt, & Magiſtratum omnem odit, quicunque iuxta voluntatem Dei commiſſam ſibi Reipublicæ dignitatem adminiſtrat. Et quidem impoſſibile eſſet Reges Imperatoreſque conſiſtere atque obluctari difficultatibus; ni cœleſti vterentur auxilio aduerſus Diabolorum furias: qui & ordinem turbare; & diſſentiones ſpargere, ipſaſque adeò perſonas affligere deformareque ac calamitatibus obijcere non deſinunt; ſed eam interdum fabulam haud minimo vel lucro certè vel applauſu ſaltant. Alios alijs affligunt modis: cumque hos priuatæ vitæ fœditatibus aſpergunt; illos profectò ad publicam pernitiem aſtutè commouent & incitant: vt principum iniuſtis actionibus vniuerſa regni ſtatuſque ac ordinis tranquillitas, harmonia ac animorum propemodum concordia & beneuolentia diſſoluatur.

Dauidem non domeſticis tantùm afflixit malis; impulitque in ſcelerum ceu priuatorum deformitates: cum adulterij ac homicidij labe virum ſanctum iuſtumque ſauciat & notat: ſed & publicæ calamitatis occaſionem ſuggerit, dum populum numerare ſuadet: cuius nomenclatura, niſi eo qui ab ipſo Deo definitus oſtenſuſque modus eſt in Exodo; nequaquam capienda ac concinnanda fuit. Salomonem ad publicam blaſphemiam impulit; dum relicto veri Dei cultu, Idola eorumque cultum contra manifeſtam prohibitionem conſectatur. Quantus furor

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

erat Diabolorum aduerſus reliquos Iſraëlis Reges, è libris ſacris intelligi atque obſeruari poteſt. Iam in alijs hiſtorijs manifeſta ſunt teſtimonia odij atque acerbitatis Diaboli aduerſus Magiſtratus ſummos, Reges, Principes & Imperatores populorum; dum alios alijs ſupplantat vijs; aliosque in alia atque alia crimina ac vitæ licentiam turpitudinemque actionum incitat & impellit. Quid Piſiſtratum, Polycratem, Cambyſem, Sardanapalum, Anthiochum imò Alexandrum ipſum commemorē? quorum vita quali actionum norma curſuque ac ſtudiorum flamma exantlata traductaque & tandem finita ſit; ex ipſis hiſtorijs, quę hac de re ſcriptæ extant, cognoſci ſatis poteſt. Hæc eſt immanitas odij Diabolorum aduerſus humanum genus; maximè verò aduerſus populorum capita & gubernatores ſummos: quorum animis afflare id veneni ſatagunt; quo correpti à via felicitatis publicæ exorbitent: ſeque eó duci tandem relicto Deo ſinant; vt manifeſtam ceu publici mali profeſſionē corripientes, equidem publicam regnorū calamitatem priuatæ infelicitati ac turbis etiam domeſticis copulent & coniungant. Eó enim huiuſmodi certamine aſtuque ſpectat Sathanas: vt ſubuerſis eliſiſque principum ſummorum animis, ac vera ſinceraque erga Deum concuſſa & labefactata pietate, eius mali fructus in totum gentium ac Reipublicæ diffundatur corpus: eque principis contagio vniuerſa poſteà regnorum populorumq; incolumitas, concordia & dignitas imperij concuſſa infectaque aut luxata eſſe videatur. Fieri enim vix poſſe, quin ad Gubernatoris modum, ſit ſubditorum & viuendi & pietatis comparata ratio. Duabus autem vijs, Principum ſtatus faſtigiaque imperiorum ante omnia oppugnat; Blaſphemiæ malo, & Legum honeſtarum violatione. Blaſphemia ex contemptu filij Dei; & verbi doctrinæq; cœleſtis patefactæ in Eccleſia, ignoratione prouenit, augetur & creſcit. Legum violatio Tyrannidem ſtatuit infertque Gubernationi:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

nationi: dum contemptis imperij ac regnorũ iuribus, arbitrio priuato fit in omnium hominum vitas libera violentaque graſſatio: impuneque in corpora & fortunas ſæuitur eorum, quos ſibi quiſque ex quacunq; occaſione vel ſuſpectos putat; vel reos cenſet; vel hoſtes denique ac inimicos eſſe arbitratur. Vtrumq; malum & Magiſtratui & ſubditis exitioſum eſt. Blaſphemia cum Deo diſſoluit amicitiam; Tyrannis cum hominibus inducit cõfirmatque diſſentionem. Ita vtrinque parta infelicitas, veluti communi alueo in ſubiectæ gentis calamitatem defluit & redundat.

Hæc commemoro, vt gradus dignitaſque & pericula Imperiorum intelligantur: ſintque Gubernatores inſtructi aduerſus inſidias & furores Sathanæ: quem in pernitiem principum & regnorum infatigabili aſtutia, dolis & criminationibus graſſari ferrique & ſæuire manifeſtum eſt. Contra hunc hoſtem non alio quàm filij Dei præſidio defendimur, & perduramus. Et quidem impoſſibile eſſet vllum iuſti legitimique & ſalutaris imperij veſtigium exiſtere: niſi per filium Dei conſeruaretur: qui ſicut ordinis & honeſtæ ſocietatis cauſa eſt in humano genere: ita hoc ipſum aduerſus Sathanam, authorem confuſionis & turbarum fulcit, defendit ſuſtentat. Quin propter Ordinis & pulcritudinem & neceſſitatem interdum perſonis ipſis benefacit Deus: etiamſi minùs idoneæ minuſque gratæ Deo, pœnas potiùs quàm defenſionem mereri poſſe viderentur. Ex hoc fundamento excitatæ ſubuectæque Imperiorum ſtrues, in tantis confuſionibus & ruinis vtcunque ſuſtentantur: Conſeruatq; Deus Magiſtratum propter ſe, & propter Ordinis, virtutumque & diſciplinæ in humano genere dignitatem. Quod quidem à Magiſtratu pio intelligi agnoſcique neceſſe eſt. Sed hac de re à nobis alio in loco copioſè dictum eſt.

Quia autem neceſſaria eſt lectio Hiſtoriarum: equidem voluntates

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

luſtrates eorum laudo qui quocunque modo curſus iuuentutis eam in rem promouent & iuuant; editis etiam libellis, quorum ductu ad ſolidiora doctrinæ faſtigia, quadã veluti facilitate progrediatur.

Nec dubium eſt, in omni narratione hiſtorica earum quidem rerum quæ inter Gentes actæ ſunt, ampliſſimam eſſe Hiſtoriam Romanorum; quaſcunque demum aut conſtitutionis, aut continuationis, aut tranſlationis denique imperij vices aſpicias ac conſideraris. In Conſulibus multis quanta prudentia? In Dictatoribus quanta Authoritas? Iam victorias, Dominia ac poſſeſſiones in illa gente maximas fuiſſe certum eſt. In Imperatoribus quanta fortunæ, morum vitæque ac ſtudiorum varietas & diſſentio? Alius bello; vt Iulius: alius Paci vt Auguſtus, deſtinatus eſt: eaque in re ſumma penè vtrique extitit felicitas. Alij alijs artibus plerunque delectati, Romani nominis auxere dignitatem. Nec neceſſe eſt mentionem fieri de ſingulis. Manifeſta enim virtutum teſtimonia ſunt in Veſpatiano, Tito, Nerua, Traiano, Hadriano, Antoninis, Probo, Conſtantino & alijs. Inter hoſce autem Bonitatis, Moderationis, Doctrinæ ac virtutum flores; quantus quæſo prouentus erat vitiorũ, quæ tanquam ſeges fœcundiſſima vberrimè ſuccreuerunt? Quid enim Caligula, Nerones, Vitellius, Ottho, Domitianus, Commodus, Heliogabalus, Maximini, & plures alij; quid inquam, habent quod vel commendare poſſis ob virtutem; vel imitari velis ob ſinceritatem? Iam verò quis Lanienas cædesque, quæ vel in ipſos principes, vel in principum familiares amicosque priuata tantùm feritate atque immanitate perpetratæ ſunt, ſatis explicarit? In hæc exempla intuentes cohorreſcamus ad conſpectum iudicij Dei, & furoris Diabolorum: ſimusque in gubernando ſoliciti ac vigilantes; ac diabolorum inſidijs reſiſtamus, Inuocatione Dei & moderationis bono: ſemperque intueamur

in

in Regulas: Qui fuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis eius. Item, Qui gladium acceperit, gladio peribit: Item, Per quæ quis peccat; per eadem punietur &c. Ante omnia verò conſiderandæ ſunt tranſlationis Imperiorum cauſæ: nec laruis obruenda eſt aut veſtienda veritas: ſed planè ſtatuẽdum eſt propter iniuſticias & principum & ſubditorum transferri imperia, eque gente in gentem, à familia vna in aliã, mirando interdum modo, & quidẽ occaſione haud ita maxima omninò tranſplantari.

Sed de vtilitate lectionis Hiſtoriarum ab alijs ſæpè dictum eſt: nec ea de re copioſiùs aliquid adferimus in præſentiarum.

Deſcripſimus autem Cæſares Romanorum Italicos hoc mediocri Carmine: quod placere doctis cupimus. Et quia Maieſtatem tuam, inuictiſſime Imperator; exercitatam eſſe ſcimus in omni doctrinarum genere quod liberum hominem & principẽ talem deceat: non dubitamus etiam Hiſtoriæ Romanæ corpus, ordinem & ſectiones Maieſtati tuę probè cognitas atque perſpectas eſſe. Romanum Imperium à Daniele appellatum eſſe, hoc totum quod à Græcorum Monarchia ſubuerſa ad finem ac conſummationem mundi quacunq; demum fortuna, vulnere, laceratione aut robore conſiſtet ac perdurabit. Ex eo Romanos Imperatores eſſe nuncupatos, qui huius imperij ſummum occuparint locum: eumq; conſiljs authoritate ac gladij vſu aſſeruerint ac propagarint. Eius generis tres eſſe ordines, Italicos, Græcos, & Germanos. Italicos dici; qui in Italia arcem Imperij ſummã, vrbem Romanam occuparunt poſſederuntque. Græcos, qui in vrbe Conſtantinopolitana reſidẽtes miſerando certè interdum modo, Imperij ius dignitatemq; tutati ſunt. Germanos, à Carolo Magno in ſequentes omnes numerari. Singulorum verò ordinum tres eſſe claſſes comperi: & in ſingulis claſſibus contineri Cæſares Duodecim; reiectis ijs ac repudiatis, qui non Imperato-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

peratores, ſed Imperatorum hoſtes, ordiniſq; ac tranquillitatis publicæ perturbatores exiſtimandi ſunt. Neque enim Imperatores Romani protinus ſunt perhibendi, quotquot Romani Imperij faſtigium vel aſpicere, vel ſperare, vel laceſſere inuadereq; ſunt auſi, contracta militum ac perfidorum manu: in quibus nihil erat penſi ad virtutem; ſed inflammati erant ad ſeditionem animi; ardebantq; cupiditate ſubuertendi tranquillitatem publicam; qua ſalua locum ſibi nullũ ad graſſandi ſæuiẽdiq; libertatem relictum iri arbitrabantur. In his confuſionibus & ſeditioſis improborum tumultibus Maieſtas Imperij Romani minimè conſeruata eſt. Itaque ſubmouendi ſunt ab Imperatorum ordine huiuſmodi flagitiorum monſtra: quæ non Imperium conſtituere augereque, ſed collabefacere obſcurareque ac penitus ſubuertere: eoſque qui vel à Senatu Romano, vel exercitu Imperatorio decreti Auguſti eſſent; obruere ac profligare conati ſunt.

Hæc ſi ſtudio aliquo ac diligentia ſingulari conſiderentur: equidem id quod dixi prudens ſolersq; Lector deprehendet, huiuſmodi quidem Claſſium, Imperatorumque numero ſingulos Cæſarum Romanorum ordines expleri & perfici: ita vt & Græci Latinis, & hiſce ex aduerſo Germani etiam reſpondeant; vſque ad Maximilianum primum: ſub quo multa pars Reipublicæ, ratioque ac ſtatus immutati ſunt & alterati. Nam & alia quædam quaſi forma militandi introducta eſt: & diſciplinarum omnium noua quædam ſequuta eſt emendatio: multaque tum certè omnibus regnis varia & cogitandi & ſpectandi extitit occaſio. Quantum verò extendi hanc Claſſem filius Dei velit; humana quidem ſententia definiri non poteſt. Mihi quæ ſit cogitatio; cum offendat illa neminem, qui quidem vero ſinceroque animo pietatem colit; libera profectò bonorum hominum iudicijs obuerſetur; eam putare me temporum noſtrorum rationem;

nem; vt quicquid ſupra æquatum Auguſtorum numerum accedere percipimus; id eó pertinere exiſtimandum eſſe; vt vel conſumationi peccatorum in condemnationem; vel pœnitẽtiæ hominibus ad ſalutem donatum eſſe videatur. Imminere autem extremum illum & ſalutarem liberationis noſtræ diem, ex ipſis quæ & Chriſti & Apoſtolorum teſtimonijs perſpicua ſunt, argumentis ignorari non poteſt à Chriſtiano. Et neſcio quid profectò tandem referat tot Secundorum gubernatio, qui hoc quidem tempore principatum inter mortales gerunt: idque non in Inſulis tantùm maximis; ſed & in continente ipſa; quæ omninò res ſingularem aliquam mihi videtur ad euentus maximi ſignificationem habere & rationem & momentum. Quis enim Inſularum penè maximã Oceani ignorat eſſe Britanniam? Atqui præcipuam eius nunc partem Virgo Regina, Secunda adminiſtrat. Scandiã verò magnitudine omnes mundi peninſulas ſuperare manifeſtum eſt, vt quæ alter quidam orbis etiam à Romanis ſcriptoribus exiſtimata ſit; In hac potentiſſimos nunc Reges duos; & Danis quidem Nortuagisque FRIDERICVM noſtrum; Suecis verò Iohannem; vtrumque autem ex nomine Secundum, gubernare ac præſidere notum eſt. Iam ad continentem quod attinet, Annón Selymus & is ſecundus Turcis ſuis præeſt: Nobis verò Chriſtianis glorioſiſſimus atque humaniſſimus Maximilianus: quem vt è nomine Secundum eſſe ſcimus, ita vita gubernationeque ſecundum ac felicem eſſe expetimus; Imperium ac gubernationis prouinciam adminiſtrat? Sed & illa exigua quidem & ſignificationis minimæ fortaſſis arbitraretur quiſpiam: ni & cœlo ipſo doctore concionatoreque omninò admoneretur. Quid enim Stellam quæ recèns apparuit; hiſceque diebus illuſtris atque conſpicua eſſe deſijt; hanc, inquam, quid tandem adferre, quid oſtendere noui putes? Anné Secundam eam eſſe dixeris: quæ ſupra Elementalem collocata mundum, &

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

in ætherea conſpecta regione, euentus cuiuſdam magni ſignificationem è celſo illo & cunctis videndo orbis ſuperioris theatro depingat? Quid enim indicationibus hiſce ſimul iunctis aliud, quàm Secundum vnigeniti filij Dei Ieſu Chriſti aduentum obſeruari, colligiq; ac demonſtrari cogitandum eſt? vt ille tam diu deſideratus expectatusque à ſuis demùm accedat, finemque faciat improperij ac calamitatis Eccleſiæ, iudicio conſtituto, quo & lacrymas à ſuis tollat; & his qui malè egerunt, ſupplicia æterna reddat.

Hæc piè vtiliterque cogitari hoc in loco poſſe, certum eſt. Non definimus tempora iudicio; nec metis aduentum filij Dei includimus ac determinamus: ſed cum in foribus adeſſe ſeculi huius veſperam exiſtimandum eſt: quid quæſo incommodi habuerit ex omnibus (quæ iſtuc haud violenter torqueri accommodarique queant) ſignis occaſionem augendæ pietati ducere: potiſsimum cùm multis ita increuerit ſecuritas; vt verbo in eam quidem rei ſummæ cogitationem nequaquam ſeſe permoueri patiantur? Nec metuo inclementiam iudicij multorũ, qui cum audacia temeritateq; ridendi quiduis iam dudum occaluerunt; equidem nihil rectè tempeſtiueq; dictum putant, niſi quod ipſi vel fecerint, vel quocunque inſulſitatis modo locuti ſint & perperam venditarint. Sapientes verò ac cordatos viros, quibus & gloria DEI & propria ſalus cordi eſt; hac quidem de re mecum ſcio diligentiſſimè eſſe cogitaturos.

Nec tamen eó ſuperiora iſta pertinent; vt dici meliùs conciniúsue nihil poſſe putem. Sed cum hoc quidem tempore veriſimilius nihil mihi aut commodius appareat: patior has cogitationes notas liberasq; etiam eſſe alijs; qui quantum hiſce tribuendum ſentiant, non mea quidem in manu poſitum; ſed illorum voluntate atque iudicio collocatum ſit. Sanè ſi quis omnium rerum, horumque temporum formas cum Chriſti ſeruatoris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

toris noſtri, & Apoſtolorum dictis conferat: equidem ſententię ac cogitationis noſtræ cauſas minimè obſcura profectò collectione deprehendet. Quàm enim languidus rarusque & perplexus nunc ſit virtutis vſus, ignorari nequit ab his quibꝰ aliqua eſt cum hominibus in ipſa Reipublicæ luce conuerſandi neceſſitas & occaſio. Quorſum enim euaſit quæſo priſca illa integritas animorum? quorſum exceſſit Chriſtiana pectorum humanorum beneuolentia? refrigeſcet Charitas, inquit Paulus. id quàm verè prædictum ſit, quantumque nunc vſu ipſo deprehendi queat; res in conſpectu collocata monſtrat. Vitiorum autem quanta ſit colluuies, quanti perfidiæ atq; improbitatis cumuli, ſine dolore maximo nec cogitari nec commemorari poteſt. Quantus vitæ luxus? quanta in veſtibus profuſio? dij boni, quanta licentiæ atq; impunitatis perſuaſio? Paulò anteà inciuilitas quædam ſumma circa pedes ac genua ſpectata eſt. at verò quæ nunc circa iugulum circaq; verticem & aures viſitur? huc enim Emblemata illa, vt ita vocem, infanda Diabolicaq; commigrarunt: vt quæ anteà inconcinnitas Barbariéſq; & luxus circa femora ac tibias, inferiore illa corporis parte propēdebat; in arcem ipſam hominis ac partes corporis ſuperiores euolando illuſtriore nunc tandem loco conſtitit; ex quo ſtulticiam, ſuperbiamque & procacitatem iudicij humani arguat ac demonſtret. In actionibus verò nulla amplius ſinceritas, nulla affectio Chriſtiana regnat. In moribus ſpectatur diſſolutio, & ea quidem tanta; vt aliquam reſtitui aliquando integritatem poſſe, ſperare vix audeant boni & ſapientes. Quanta dirarum, execrationumque & Iuramentorum eſt frequentia, auiditas, conſuetudo, impunitas? quanta Ebrietatis, commeſſationum, luxuriæ licentia? quanta immodeſtia, quantaque impatientia correptiones admonitionesque bonorum audiendi? Iam quantæ qualeſq; telæ conuiciorum? quanta calumniarũ ſugillationumq; Scena? quantus famoſorum libel-

lorum fœtus? Denique vt nihil deſit malitiæ; ſcelerum proteruia, virtutis nomine coloratur: patronosque flagitia reperiunt; minorque non eſt facientium numerus, quàm conſentientium turba.

His moribus finem conſummationemq; ſeculi huius indicari Paulus Apoſtolus oſtendit. Sed communes bonorum omnium querelas oratione non perſequar prolixiore.

Tibi verò Imperator MAXIMILIANE, Cæſari Romanorum Inuictiſſimo, hos itidem Romanos Cæſares ad eum quidē modum eoq; Orationis genere deſcriptos à me, dedicandos eſſe ſtatui: tum quòd eruditionis præclaræ fama primas iam partes inter omnes Imperij Magnates regnorumq; Principes obtineas: Tum quòd animi tui beneuolētiam cognouerim erga Gentem noſtram: quæ vt aliàs ſæpè, ita proximo bello Suetico; ipſaque Pacificationis actione abundè perſpecta eſt & explorata: Petoq; etiam humiliter, vt hanc animi erga ſe noſtri ſignificationem placere ſibi Maieſtas tua ſinat. Scio delectari Maieſtatem tuam bonarum literarum ſtudijs & lectione. Itaq; audacior fui in hoc opere tibi dedicando: quod quamuis ſcholaſticum tantùm eſt & tenue; gratum tamen ob vtilitatem iucunditatemque lectionis Maieſtati tuæ futurum eſſe arbitratus ſum: qua ne deſtituar fiducia; ſerenitate vultus tui atque approbatione perfici expediriq; poſſe putes.

Eſt & vetus literarum poſſeſſio in familia Auſtriaca: Et Carolum Quintum Maieſtatis tuæ patruum, inter eos qui ante illum intra quingentos penè annos Romano regno præfuiſſent; & conſilio maximum, & moderatione ſummum Imperatorem ſcimus ita delectatum eſſe Hiſtoriarum lectione; vt iam in ſenium vergens Thucydidem ſibi in Hiſpanorum linguam conuerti iuſſerit: quem is authorem & ſemper ſecum poſtea habuit, & diligentiſſimè legit. De patre autem tuo audiuimus ap-

primè

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

primè fuiſſe inſtitutum illum cognitione literarum: quibus tua
quidem Maieſtas vt Imperio ſuccedit, ita doctrina liberali ante-
cellit: adeò vt non lingua tantùm Latina venuſtè concinneque
proloqui; ſed & dextrè de authorum ſcriptis præclariſque inge-
niorum monumentis iudicare poſſit. Quo nomine minus me-
tuo hanc tibi Cæſarum Italicorum hiſtoriam offerre: quòd te de
toto ſcriptionis genere & complexu rerum rectè pronunciare
poſſe putem. Scio malè apud multos audire dicendi genus hoc
Poëticum: & huius mulctæ non ignoro cauſas. Sed in ſcriptis
meis, quæ quidem hoc orationis genere in vulgus prodierunt;
nihil eſſe incommodi exiſtimo: cum & res magnas graueſque &
neceſſarias complectar & explicem: & procul abſim à conuicijs
& ſugillationibus: qua vna re ſibi nomen iam pridem multi &
miſerum profectò & inuidioſum comparauerunt. At nobis alio
genio aliaq; via contendendum fuit ad nominis ac elegantioris
cuiuſdam ſtudij memoriam & commendationem: qua de re &
Maieſtas tua, & Eruditi qui in Maieſtatis tuæ aula ſunt & multi
herclè & pręſtantes viri ſine acerbitate vt ſpero, iudicabunt. Do-
lendum autem eſt antiquam illam & elegantem diuinæ poëſeos
facultatem huiuſmodi quodam ceu abuſu importunitateq; pau
corum hanc ruinam trahere: vt quæ vna ſummis olim Monar-
chis ſummiſque principibus Auguſto Tiberio, Tito, Hadriano,
Seuero & alijs non placuerit tantum vnicè; ſed & exculta admo-
dum, & primo ſemper loco habita ſit & collocata: nunc ceu con-
tempta iaceat; raroſq; tum fautores inuenerit, tum admirato-
res experiatur. Hæc labes vt deploranda eſt; ita ſunt omninò ad-
monendi Principes: ne quid iudicium de re & grata Dijs & iu-
cundiſſima hominibus præcipitent: omnemque hanc ſcribendi
rationem æſtiment ex quadam imperitia audaciaque etiam pau-
corum: ſibiq; eam prorſus negligendam eſſe putent: cum, quod
in reliquis vitæ partibus omninò faciendum eſt; etiam hîc ſibi
conſe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

conſectandũ eſſe duxerint, vt vtilia ab inutilibus, moderata à petulantibus, docta commodaque à coagmentatis inſulsè vocibus ſecernant: eaque laudent demùm & amplectantur; quæ & vtilitatem publicis adferre ſtudijs, & honorem præmiaq; ex bonorum hominum cenſura applauſuque mereri poſſe videantur. Sed hac de re commodior erit in Phyſicis noſtris ad dicēdum locus. Ad noſtra verò opera quod attinet ita ſcio temperatum in omnibus argumentis eſſe Stylum: vt cum publicam vtilitatem conſectatus ſim in ſingulis: equidem nullos læſerim: & moderationem cum ſuaſerim commendarimque alijs; tum ipſi eam mihi retinendam exprimendamq; vbique eſſe exiſtimarim. qua de re & Crato ille tuus, Medicorum omnium præſtantiſſimus; & alij qui verè docti ſunt pro ſuo candore pronunciabunt.

Diligentiam autem commendo hanc Lectoribus; vt in iſta Claſſium, quas nos deprendimus, fatali ſectione admodũ conſiderent; qualia Claſſium Capita, quales fines in iſto Imperatorum ordine extitiſſent. Cum Iulius primam claſſem exorſus eſſet vir & princeps fortuna, ſapientiaque & rerum geſtarum magnitudine excellentiſſimus: equidem in Domitiano illa deſijt: qui truculentia & inepta gubernandi ratione inuiſum ſeſe patribus, & imperio indignum eſſe declarauit. Secunda, à Nerua optimo atq; innocentiſſimo viro inchoata, poſtremum habuit Heliogabalum, qui deformitate ſcelerum & petulantia omnes non modo principes, ſed & homines propemodum vicit & ſuperauit. Tertiæ primus erat Alexander Seuerus, vir magnificus, ſapiens & princeps liberalis: ſed deſijt in Diocletianum, cuius excellens quidem erat politica & ciuilis virtus: ſed tanta atrocitas furorque in Chriſtianos: vt quæ ſub iſto Cæſare in Eccleſiam mota eſt perſequutio, reliquas omnes & diuturnitate temporis, & cruciatuum tormentorumque varietate, & immanitate denique ſuppliciorum vicerit & ſuperarit.

His

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

His expletis perfectisque Imperitantium Claſſibus Deus ob ſæuitiem ac crudelitatem gubernatorum, regnum ademit Italis, transtulitque Imperij arcem ac dignitatem in Orientem: Italiamque paulò pòſt in gentium variarum prædam collabi paſſus eſt: vt quæ tantum ſanguinis innocui ſine cauſa profudiſſet; æqualia, imò duplicia recipiens ſuum viciſſim ſanguinem profundi, loca amœniſſima vaſtari; iugũ ſeruitutis oppreſſa libertate inijci in humeros ſuos aſpiceret pateretur ac deploraret &c. Sed hæc ſunt cognita ex hiſtorijs.

Tu verò, Inuictiſſime Cæſar Maximiliane; hunc laborem noſtrum & clementer ſuſcipere, & patrocinio tuo ac fauore dignum exiſtimare velis. Quod ſi voluntate tua atque imperio id fieri ſentiam: equidem operam dabo Deo gubernante, vt adijciantur ſimili orationis & Methodo & facilitate etiã Græci Germanicique Imperatores omnes: eaq; ratione & eruditorum voluptati; & ſtudioſorum omnium profectui omninò conſulatur.

Exiſtimo autem operam hanc noſtram multis ex eo gratiorem fore: quòd Maieſtatis tuæ nomini liber inſcriptus ſit: cum ea plerunque ſtudioſi libentiùs & lectitent & probent, quæ eruditioribus, & in ijs quidem maximè principibus paſtoribuſque populorum, vt eos ſcriptor Græcus vocat; oblata dicataque eſſe vident. Et profectò operã dedi ſtudio, ni quid fallar, non etiam mediocri; vt placere doctis hæc ſcribendi colligendiq; cura poſſet, vel hac cauſa nomineq; maximè: quòd non ſimplicem tantùm ceu nomenclaturam Cæſarum contrahere infercireque voluerim: ſed Hiſtorias vt in fontibus deſcriptæ ordineque comprehenſæ ſunt, præcipuas complexus ſim: quo nomine cum Eruditis iucunditatem arbitror me haud attuliſſe minimã: dum quæ pridem in authoribus hiſtoriæ Romanę lecta ſunt; ex huius Carminis occaſione reuocari ſibi & ſub memoriam referri ſentiant: quod quidem gratum, &, vt dixi, iucundum doctis exerci-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

tatisque hominibus futurum eſſe putem. Tum verò iuuenibus, qui minus adhuc fortaſſe in Hiſtoriarum fontibus verſati ſunt: animum tamen gerunt, auidum certè cognitionis rerum maximarum, quæ ſtudio ac labore ex ipſis Scriptorum monumentis petendæ ſunt & comparandæ; occaſionem dederim plurima in Authoribus ipſis inquirendi: de quibus è tenuioribus ſcriptis non admoniti, nec fontes ipſos inſpicerent deguſtarentq́;: nec ſatis ſolerte cura ad rerum maximarum pulcritudinem & cognitionem aſpirarent atque afficerentur. Ita vtriſq; hac opella ſcriptionis noſtræ conſultum eſſe volui: quæ ſi placere poſſit, concedatq́; in vtilitatem ſtudioſorum; equidem ſatis magnam me laboris multi gratiam mercedemq́; (præcipuè verò in multiplici hac iudiciorum variorum dyſcraſia & iniquitate) conſequutum eſſe credam. Non ſtudeo fontes ipſos & authores Romanę hiſtoriæ Græcos Latinosque ſtudioſis eruditæ vetuſtatis hominibus è manibus excutere: ſed viam aperio primas cliui maximi aſperitates ſubeuntibus: qua adiuti progreſſique, non ita labore deinde maximo ad rei omnium pulcerrimæ & fructus vberes lætosque promittentis, ſummitatem atque faſtigia cum voluptate enitantur. Vix enim dici poteſt quantum momenti is ſecum attulerit ad victoriam: qui primis veluti arenis exercitatus expeditiorem ſibi cum aduerſario & viam, & audaciam & colluctandi reddidit neceſſitatem. Ita qui ex libellis tenuiorib⁹, ſed concinnè tamen & non nimiũ ieiunè coaceruatis, rei magnę guſtum, ordinẽ & præcipua membrorũ capita, methodo aliqua non inelegante ad clarorũ authorum lectionẽ detulit: equidem in fontibus maiore hunc vtilitate verſari poſſe dixeris: quàm ſi rerum rudis omniũ & ignarus, ad lectionis neceſſarię perplexęq́; cumulos ac dignitatem acceſſiſſet. Membra enim comprehenſa priùs animo, vniuerſam poſtea legenti cogitantíq; & faciliorem effecerint, & minus inſuauem gubernarint diſcendi actionem.

Et

Et hæc quidem potiſſimùm hoc in labore à me ſpectata ſunt. Tua verò Maieſtas ignoſcere velit orationi paulò fortaſsè prolixiori; ſed neceſſariæ tamen ad mediocrem inſtituti conſilijqúe noſtri, & rei totius explicationem. Imperium tibi ad nominis ſui Gloriam filius Dei augeat & protegat. Vale. Francoforti ad Mœnum, III. die Februarij, Anno 1574.

T. Maieſt:

deditiſs:

Cimb: Eraſmus
Michaëlius Læ-
tus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

IMPERIORVM IN HVMANO GENERE, CAVSA ET FVNDAMENTVM.

E. L.

MAxima virtutum Regnis eſt cauſa. quis illam
Eſſe negat, quæ ſola alias complectitur omnes,
Juſticiam? hac reliquis vita eſt virtutibus: vt quam
Si tollas, cunctis vſumq́ ac iura neceſſe eſt
Tollier, ac nulla Mundum deînc luce teneri.
Quid Pietas, ni iuſta ſiet? quid Fortiter acta,
Ni ſint iuſta, putes? Moderatio ſancta beata
Juſticia vtatur. Clementia, Gratia, iuſtè
Conſiſtant. iuſtis ſit Lex obnoxia formis,
Pœnaq́ Iuſticiæ ſoboles ſiet æqua parenti.
  E triplici ſedenim quod iuſtum eſt, ordine ſeſe
Humano infundit generi. pars vna Deos: ſed
Pars alios: at te pars ipſum tertia iuſto
Reſpicit obſequio, moresq́ æquiſsima format.
Quæ ſuperos ſpectat; ſic demum eſt grata ſuisq́
Omnibus vna quidem numeris perfecta: nihil ſi

Jn

In cultus ſacraſq; Deûm deduxeris aras,
Quod tu cœleſti non iuſſum voce probaris.
Aſt alijs quæ Iuſticiæ pars ſeruiat, huc te
Impulerit: ne quid libeat feciſſe, quod acri
Alterius vitam, ſtudiumq; & nomina damno
Afficiat; quacunque quidem te iura vetarint
Graſſari, & ſæuos alieno infundere motus.
Hac è parte, SALVS populi, tibi maxima lex ſit:
Quæ, tibi quæ fieri velles, decernier hiſce
Iuſſerit, ac alijs quæ ſunt æqualia reddi.
Huc omnis rerum, ratio eſt quæ publica ſpectat:
Quocunq; illa gradu, quocunq; ex ordine factis
Inſcribit lucem, ſubeundaq; munera condit.
Prima eſt externis in moribus actio, cum tu
Sic conuerſaris, ne fœda licentia tete
Tranſuerſum ferat: atq; iſtud fortaſſe ſequare
Perficiaſq;; alios quo lædi poſſe putandum eſt,
Dum ſoluat iunctas deperdita Gratia mentes.
Proximus officijs locus eſt: dum tute petentem
Conſiliúmue operámue iuues: veroq; fauore
Proſequeris quoſcunq; alios, quos mutua virtus
Obijcit officijs, decoratq; modeſtia rectos.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Vltima Iudicijs pars eſt obnoxia. primis
Hic plerunque autem peccatur lapſibus. aſt tu
Iuſticiæ curſum ſapiens moderare: dabisq;
Hanc operam, vt recti ſibi ſit mens conſcia: ne cum
Túte alios damnes, alios abſolueris, vrnam
Aut nimium attraxis; aut citra æqualia pellas.
Heu quantum iniuſtæ eſt ſententiæ, & omnis vbiq;
In multos odij. quid enim? cum nulla fuiſſet
Cauſa neci: iam cauſa neci confingitur: vt ſit
Victima; quem legum ſeruare potentia poſſet:
Ni legum tutela labat: ni fœda Tyrannis
Subuertat totos iurisq; ac numinis aſſes.
At verò Regnis ſpectandum eſt deniq; ne quid
Accidat, æthereo quod factum fortè Tonanti
Diſpliceat. iuſtè eſt miſeris ſententia ſemper
Decernenda reis. Tum quos fortaſſe licebit
Seruare; hos ſerues: ſi non violata putentur
Publica, & ex illo ſurgant maiora periclo.
Sanè equidem virtus digna eſt Clementia magnis
Regibus. intereà tamen id perfeceris, vt non
Clementi inſultet crudelis Gratia. cunctos
Perdere velle, boni non Iudicis eſſe putandum eſt.

Vnum

Vnum eſt, quod ſemper libeat ſectarier: vt ſit
Delictis par pœna. nihil truculentius orbi
Tiſiphone afflauit: quàm cum leuia eſſe ferantur
Crimina, funeſtis tamen hæc cruciatibus addas:
Et ſcutica dignum, horribili ſectere flagello.
Quin potiùs cedas aliquid de iure remittens
E pœnis: Clemensq́; velis ita dicier, vt non
Omnibus extremos factis inieceris ignes:
Nec tibi dira graues ſemper rota fregerit artus.
Vtq́; malos pœna affligis: ſic præmia iuſtis
Conſtituas; largaq́; manu pulcerrima penſes
Facta virûm; qui quæ fuerint bona publica diti
Expediunt menſura æquisq́; laboribus augent.
Iuſticiæ ſedenim quæ te pars ordinat; vnum
Id ſectatur; vt ingenuo tibi vita pudore
Conſtet, & haud dubiam tibi tecta domeſtica laudem
Concilient. Equidem hîc tu fundamenta ſequentis
Eſſe locata putes vitæq́; & nominis: vt quo
More domi, cœlo tantum ſub iudice viuas,
Cum ducas ſine flagitijs, ſine crimine vitam:
Spes ſit te ſimili cumulatum laude bonoq́;
Viuere poſſe foris. proprio qui ingratus & excors

Exiſtitq́;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Exiſtitq́; auditq́; lari, non publica dexter
Numina, non diuos, non is prætoria vero
Occupet affectu, rerúmue pericula tollet.
Præcipuus ſed enim fuerit labor, omnibus iſta
Profligare modis, quæ non ſunt iuſta. Deinde
Hæc vt ſecteris quæ legibus optima ducas,
Et conceſſa velis. Iram ratioq́; modusq́;
Atq; Cupita regat. numeris ita firma beatis
Harmonia emerget: quæ ſanctum iuſta Monarcham
Duxerit, ac facto quæ ſint ſectanda probarit.
Hac cauſa regnis ſceptrum Deus addit & enſes:
Mortalesq́; inter, Reges iubet eſſe. proinde
Qui faciunt quæ recta, manent; & honore fruuntur
Diuino, firmæq́; baſi ſua ſemina iungunt.
Qui verò metas, mandataq́; cœlica praui
Tranſiliunt: violantq́; Deos, rectumq́; relinquunt,
Et commiſſa premunt, ſceptro excutiuntur. habenas
Qui regit, æthereo ſubmittat corda parenti;
Et faciat quæ recta: Deosq́; in fœdera poſcens
Virtuti pretium; & ſceleri ſua præmia reddat.

C. ERAS-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

C. ERASMI MICHAELII LAETI.

ROMANORVM CAESARVM JTALICORVM CLASSIS PRIMA.

IVLIVS.

I.

IVlius imperij fatales primus habenas
Sceptraq; deuictis hoſtibus alta tulit.
Cæſar hic Aſcanium ſub origine ponit Iúlum:
Et genus in Phrygios explicat acre viros.
Editus in lucem Quintili venit: & inde
Julius à noſtro Cæſare nomen habet.
Ut verò leuibus ſatagens exceſsit ephebis,
Maturam patria cepit in vrbe togam:
Confeſtim ſummo perfunctus honore: Diali
Maximus iccircò Flamen in æde fuit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Coſſutiam iuuenis ductam mox lege repellit:
Cuius init Cinnæ poſtea gnata locum.
Quę Caio poſtquam placuiſſet grata marito:
Protinus hunc fecit filia nata patrem.
Inde per eximios ad ſumma profectus honores,
Iam trepida primos captat in vrbe gradus.
Quapropter Syllæ ſuſpectus pectora; multos
Huic Marios vni dixit ineſſe viro.
Officijs ſedenim Latio defunctus in orbe;
Celtica fidenti ſuſcipit arua manu:
Et procul à patrijs laribus, fremituq́ue potentum
Gallica multiplici prœlia Marte gerit:
Inq́ue Quirinorum traducit iura Britannos,
Allobrogumq́ue truces contudit enſe minas.
Romanum lato promouit limite nomen;
Et fuſo patrias ſanguine firmat opes.
Quæ bis quinq́ue quidem ſuſcepta peregit in annos,
Gallica nam Rhenus tot videt arma dies.
At verò poſtquam geſtorum laude Senatus
Ampla videt Caio creſcere regna duci:
Cæſaris imperio finem decernit; eumq́ue
Exautoratum Roma redire iubet.

Hic

Hic ſe poſſe negat patriamq́; domumq́; reuerti;
  Ni linquat tractam curia ſæua manum.
Se Gallos inter primas iam malle: ſecundas
  Quàm Latio victum ferre patiq́; ſolo.
Haud æquum petier: diſſolui Cæſaris arma;
  Ciuica cum totas compleat haſta domos.
Et pariter cum voce viam Rubiconis ad amnem
  Corripit. hîc preſſo ſubſtat vt acer equo;
Fama venit latis cenſitum legibus hoſtem;
  Et maieſtatis protinus eſſe reum.
Tum verò infrendens fatisq́; accenſus: at, inquit,
  Alea fortunæ iacta ſit iſta meæ.
Et celer armatam pedites conuertit ad vrbem:
  Auſoniamq́; fero milite complet humum.
Romuleos trepidare viros: & mœnia luctu
  Perſtrepere; ac miſeras plangere dira nurus.
Cæſaris hæc vrbi tantum præſentia; quantum
  Incuſſit nunquam Punica turba metum.
Hannibalis vileſcit eques: nihil egit Amilcar,
  Nil, niſi quòd multas fuderit Hanno minas.
Deniq́; nil Pyrrhus Latias qui venit in oras:
  Nil peragit grauibus Parthia fæta malis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Solus habet Cæſar, quæ terrent agmina Romam,
Et cogunt ſubito corda pauere metu.
Pompeius fugit, ac procerum fugit ordo, ſecutus
Quem ſibi delegit curia mœſta Ducem.
Strenuus inſequitur fugientem Iulius hoſtem,
Et Generum trepidam vertere cogit humum.
Donec & Æmathios penetret Pompeius in agros;
Quo mox caſtra ſolo diripienda locat:
Inclyta vincenti cùm cedant agmina Caio,
Et ſua fatales euehat hora manus.
Vt verò bellis & atroci hoc vulnere fractus
Sentijt extremi probra vicesq; mali:
Fretus amicitia Pharijq; & iure Tyranni
Ægyptum Magnus vana ſecutus, adit.
Qui ſimul ac primas tetigiſſet littoris oras
Incidit in regem, monſtra proterua, Lagum.
Cumq; rates mutat, dubiæ vt ſe credat arenæ,
Septimij ingrato percitus enſe cadit.
Cæſar at vt laceros Pompeij corporis artus
Cernit, & allatum triſtia viſa caput:
Fleuit; & affectus lacrymis teſtatur obortis,
Te quibus extinctum Magne ſepulte colit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Turpia Barbarici fugiens mox littora regis,
Aphrica conſtanti milite rura petit:
Ingreſſusq́; Vticam premit obſidione Catonem;
Et rigidum cogit carpere fata virum.
Hinc Hiſpanorum cum fortè profectus in vrbes,
Pompeij gnatos vincit agitq́; duos;
Pòst Romam properat, victoq́; triumphat ab hoſte
Celſaq́; præſtanti milite regna capit.
Ignouit multis, pœnamq́; reſoluit, & omnem
Clementi prorſus ſuſtulit ore metum.
Artibus hinc animos ſubditq́; & pectus honeſtis
Primaq́; cælorum cura modusq́; fuit:
Hactenus incerta cum tempora lege mearent,
Et flueret dubijs annua meta notis.
Hanc equidem facili curam celer arte peregit;
Et bis ſex annum menſibus ire iubet.
Multaq́; prætereà Latios bona condit in vſus:
Grata parū hæc quamuis Romula turba probat.
Nam Caio ſummos quanquam ipſe Senatus honores
Aſſerat, ac celſos deferat aula gradus:
Occulta tamen inuidia pars multa Tyrannum
Verſat, & egregij principis acta premit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Ipſius haud quamuis incauta ſuperbia nullam
Dicitur his cauſam conciliaſſe malis.
Nam Dictatorem cum ſeſe venditat: vt qui
Inuitis etiam patribus arma gerat:
Effera multorum præcordia mouit, honeſtæ
Qui libertatis vincula fracta dolent:
Infeſtantq́; odijs, ingrato & murmure ſcindunt;
Poſſe nec has ferri ſæpè queruntur opes.
Coniurant igitur Brutusq́; & Caßius, ambo
Cæſareis dudum pectora fulta bonis.
Inq́; Idus primi ſtat coniuratio menſis,
Qua populi numero curia luce ſtrepit.
Illæ vbi venerunt, quamquam vetuiſſet aruſpex
Ingredier, certo fata minante polo;
Ingreſſus tamen eſt fidenti corde Senatum,
Et ſedet in medijs inſcius ipſe dolis.
Ergò vbi ceperunt agitari iurgia; mox ſe
In diram fundit perfida turba necem.
Sedibus exiliunt omnes Caioq́; minantur;
Armaras turpes pugio dire manus.
Ille vbi ſe vultu ac gladijs videt omnibus vnum
Certaq́; iurata fata cohorte peti:

Haud

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Haud ictus refugit, neq; territus occupat enſes:
Sed cadat vt tecto corpore cura fuit.
Sic igitur proceres inter, medioq; Senatu
Confoſſus multo vulnere Cæſar obit.

OCTAVIVS AVGVSTVS.

I I.

CÆſar vt Auſonidum defunctus fraude peribat:
Proditus & ſubitæ funera mortis adit:
Jnclyta ceſſerunt Auguſto ſceptra nepoti:
Vindice qui latias occupat enſe manus.
Diua Palatino eſt enixa hunc Iulia monte:
Jtalis at clarum nutrijt ora ducem.
Ætatis primo qui mox ſub flore Camœnas
Et ſubit ingenuæ caſtra beata ſcholæ.
Exornatq; animum ſtudijs, & græca latinis
Jungit; et hoc veteres munere vincit auos.
Prætextam poſuit cum primis lætus ab annis,
Quæ fuit æqua viro ſumit in vrbe, togam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Mox vbi Celtiberos contendit Cæſar in hoſtes:
Pompeios celeri frangat vt enſe duces:
Auguſtus facilem tum dexteram mancipat armis
Diſcit & hoſtiles cernere poſſe manus.
Et tentare Duces, pugnamq́ lacеſſere facto:
Duraq́ conſtanti prælia ferre mora.
Inde per Italicas cum fortè reuertitur vrbes,
Dacica non tardo milite regna petit.
Cæſaris auſpicijs ad Thracica rura profectus
Victor Apollinea cautus in vrbe manet.
Quo præſtolatur victoris vt agmina regno,
Ac inter medius ſpemq́ metumq́ ſedet:
Ecce reuerſuro patratæ conſcia cædis,
Protinus Auguſto nuncia fama venit.
Cæſaris effuſum ciuili fraude cruorem:
Et ſacri proceres ſanguinis eſſe reos:
Seq́ adeò hæredem ſcriptisq́ ac lege vocari,
Optatus Caio gnatus vt antè foret.
Hîc dubitat, quo ſe primùm munimine firmet:
Quóue ſibi auxilium milite, & orbe petat.
Anné etiam præſens quod ducit robur & arma
Exerat, ac celeres inſtruat enſe manus?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Eſſe quidem ſecum magni fulcimina belli;
Se quibus incolumem viuere poſſe videt.
Hoc tamen vt nimiùm præceps & inutile damnat
Conſilium, ac animo cautior arma premit:
Dum Romam, quantum contendere poſſet in vrbē,
Omnia peruolitans rura ſinusq́; petat.
Tum teſtamento quæ Cæſaris acta fuiſſent
Et quæ Romuleo condita more legit;
Intrepidusq́; celerq́; capit: nec voce prophana
Hæc ſibi præripier commoda magna ſinit.
At dextram imperio & conducto milite firmat,
Sceptraq́; defuncti principis alma capit.
Cui mox ſe Lepidus; mox ſe cui Marcus agebat
Aduerſum, duplici numina magna face.
Vtq́; priùs patrem tulerant; ita fata minantur
Gnato etiam, & vitæ funera certa ſtruunt.
Hinc igitur tot bella, tot ardua prœlia, ſtrages;
Ciuili tellus ſparſa cruore videt.
Teſtatur mutina & ſubmerſi cæde Philippi;
Vindice quo Brutus concidit enſe, loco.
Inde Peruſiacas properè digreſſus in vrbes,
Euertit ſubita Conſulis arma nece.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Pòſt Siculos adit, & Pompeij pignora vincit:
Quo tamen & ſubijt magna pericla loco.
Vltimus Actiacam labor eſt confectus ad vrbem,
Lætaq; nauali pugna cohorte fuit:
Marce quibus tandem Cleopatraq; victa carinis,
Niliacos repetis dirus vterq; ſinus.
Auguſtus ſequitur, Marcumq; in fata coëgit,
Ipſaq; mox coniunx Aſpidis ore perit.
Actiaco victor conſtruxit littore Cæſar
Nicopolim, tanti nomina longa boni.
Tum redit Auſoniam, victisq; triumphat ab armis;
Et meritas fuſi publicat hoſtis opes.
Felix qui ſacros cineres mortemq; perempti,
Vlciſci iuſto quiuerit enſe, patris.
Quos toto verſat conatus pectore; facta
Ne iactare deo Brutus inulta queat.
Aſt vbi iam parta floreret pace; feroces
In Germanorum tranſtulit arma viros.
Auſonio primos tentauit Marte Sicambros,
Quo laudem, victo Cæſar ab hoſte petit.
Sed nihil aduerſo meditari maxima cœlo eſt,
Et fallunt noſtras libera fata manus.

Non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Non ſiquidem Auguſto ſuccedunt vota; ruinam
Senſit; & in vanos ſpes abit iſta notos.
Namque manus perdit Romanas, ſigna, cohortes:
Perdit & egregios Italis ora duces.
Hoc Varo bellum, nuribusq; virisq; latinis,
Prorſus & auxilijs exitiale fuit.
Altera non æquè Lolianis cladibus acta
Turbat, in infamem pugna relapſa fugam.
Pertulit hanc lento commiſſam pectore: verum
Iſtius eſt luctu mentio facta graui.
Pernities igitur populum quo tanta ſubegit,
Funeſtum ſemper præcipit eſſe diem.
Hinc Latiam Cæſar reuocato milite Romam
Pergit, & ante ſacros exuit arma focos.
Exoſusq; hominum condemnat voce furores,
Grandia de nihilo qui ſibi damna mouent.
Non ſatiari opibus, nec habendo ponere lucro
Menſuram, & ſtolidis rumpere vincla modis:
Deniq; non iuſta bellum ratione probare:
Effera nec licito prœlia Marte ſequi.
Quin gentes violare: procul quæ rura colentes
Nil de vicino ceſpite fraude legunt.

Tum verò hoc, quicquid tandẽ eſt & ſortis, & æui
   Humani, cæco perdere velle metu:
Et dubias ſectari artes, quibus arua domosq́;
   Obruat, ac fœda publica labe notet.
Euertatq́; lares patrios, & templa Deorum,
   Templa repentinis non violanda malis.
Hæc igitur Cæſar dum multis damna querelis
   Plorat, & his finem moribus eſſe cupit:
Ipſe animum certæ iam firmat pacis in vſus:
   Condit et Auſonijs commoda larga viris.
Vtq́; ea conſtarent manifeſtis fœdera ſignis:
   Belligeri clauſit tertius ora Dei.
Tum plebi ſeſe patronum præſtitit: acta
   Non ſimili procerum cuncta fauore probat.
Et quanquam hos ſimulet ſeſe admirarier, odit:
   Priſcaqúe ſub tacito pectore geſta premit.
Mox, quia magnificis cumulatum laudibus eſſe
   Plebs cupit, imperio nomina trina ferunt:
Atq; poteſtatem faciunt, vt deligat horum
   Quo ſua præcipuè condier acta velit.
Principiò Patriæ Patris aſpernatus honores,
   Maluit Auguſti nomen habere viri.

Poſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Pòſt iſtud tamen & populi plauſuquе Senatus
Meſſalæ docto ſuſcipit ore Senis.
Et quantum vel fata dabant, vel ſedula virtus,
Promouet Auſonias Cæſar & auget opes.
Hac equidem fama peregrinis nomen in oris
Creuit, & extremos venit ad vſquе Getas.
Percellitquе animos hominum bonitatis & æqui
Laudibus, ac facto pectora grata trahit.
Idquе adeò; vt neq; Dictator quos omnis, & omnis
Haud potis eſt multa vincere Conſul ope;
Virtutum ſtudijs Auguſtus vicit: & enſes
Omnibus excuſsit tela minasq; viris.
Quosq; Aquilas pridem deuicto Parthia Craſſo
Abſtulit; Auguſto ſigna remiſſa dedit:
Hoc ſe Romano teſtata accedere regno,
Cui nunc vt ſocias iungit amica manus.
Omnem perſtrinxit Clementia Cæſaris orbem:
Et bonitas rectis moribus aucta trahit.
Sic igitur dudum quod prædixêre Sibyllæ,
Omnia iam Cæſar regna Monarcha tenet.
Cuius in Imperij bis quarto Cœlica luſtro
Iudaico at proles ſanguine nata fuit:

Virgine matre quidem; Supero ſed patre Tonante:
Cuius in æternam ſanguis abundat opem.
Nec tantùm felix hoc tempus pace recepta;
Ingenijs ſed erat dulce feraxq́ bonis.
Virgilius vixit, vixitq́ his Tullius annis;
His vitæ lucem Naſo diſertus init.
Tum verò Auſonias numeroſus Horatius aures
Implet, & acta graui detinet ora ſtylo.
Aſt vbi luſtra decem iam Sextus cogeret annus
Auguſto rapuit Parca maligna dies.
Qui priùs vxori teſtatur fata; memorq́
Coniugij, dixit, Iúlia viue mei.
Et ſimul hac blanda defecit voce. manendo
Deficimus; dubiæ cum ſumus vmbra moræ.
Vſq; adeò nihil eſt, vel maieſtate, vel armis,
Vel vitæ curſu proſperiore frui.
Abripimur celeri velut acta ſagitta volatu:
Et nihil eſt multos viuere poſſe dies.
Defunctus Nolæ fatis portatur in vrbem,
Quem mox exuri Martia prata vident.
Oſſaq́ poſt cineres tandem collecta: ſacrumq́
Flaminiam iuxta condidit vrna virum.

TIBE-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

TIBERIVS NERO.

III.

CLaudius hinc faſces; Tyberi cui nomẽ ab amne,
Lataq́; defuncto principe regna capit.
Illuſtri florens & honeſto ſplendidus ortu,
Cui cæcus veteres Appius auget auos.
Huius vt Auguſto genitrix conceditur, ipſe
Priuignus cepit Cæſaris eſſe Nero.
Exemploq́; patris bis amœnæ fœdera mutat
Coniugis; alternos verſat amatq́; thoros,
Deſerit Agrippam, cui Iulia ducitur; illa
Auguſto petulans filia nata patri.
Nec modò priuignum mater, ſed adoptio gnatum
Fecit, & aſſumptæ cura probata togæ.
Non priùs optarit quamuis hunc Cæſar; ab illo
Quàm Druſo genitus iura paterna capit.
Claudius hinc igitur peragendis pectora rebus
Mancipat; ac totis viribus arma colit.
Ciuica iam pridem deſpexit munera: duræ
Militiæ eſt animus tela ſtupenda ſequi,

Qua-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Quapropter latè populos deduxit in ortum:
   Armenoſq; fero contudit enſe viros:
Tygranémque iuuat, patriasqúe euexit in arces;
   Abſtulit & Partho ſigna relicta duci.
At poſtquàm Eoo victor rediſſet ab orbe,
   Gallorum pingues rexit & arua plagas.
Hinc ſcripto tenues populatur milite Brennos:
   Rhetiacos terret, Vindelicósque domat.
Dalmaticos vincens, tum Pannona regna ſubegit;
   Quà iacet Euxino terra propinqua ſalo.
Felici demùm Germanos ſidere tentat,
   Et varijs ſtrauit millia multa locis.
Omnia virtutum quæ ductu Claudius egit;
   Et Nero non triſtes huc habet vſq; dies.
Hinc Romam tandem Latiasq; reuerſus in vrbes
   Grata triumphali nomina more capit.
Et ſe conuertit patriæ communis ad vſum:
   Militiaq; graui munera voce notat.
Multa etenim correcta dedit, meliora refecit,
   Turpia ſublato iura timore fugat.
Et quamuis Latia dudum ſeceſſit ab vrbe;
   Ac Rhodijs multo tempore vixit agris:

Attamen

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Attamen accepta redeundi lege; benigna
Eſſe ſibi procerum vota preceſq́; videt.
Præcipuè Illyrios poſtquam domuiſſet, & omnem
Qua legit Euxinum Pannonis ora fretum.
Acer erat, prudens, & circumſpectus in hoſtem,
Cautus, et haud timida promptus in arma manu
Quas quia virtutes Auguſtus Cæſar amarat,
Sæpiùs hunc proprio prædicat ore Senem.
Nec ſolùm elegit qui gnati iura teneret:
Sed ſucceſſorem faſcibus eſſe dedit:
Præſit vt imperio, quibus hactenus omnia fudit
Viribus, & iuſta ſingula lance gerat.
Auguſto meritas igitur ſub principe laudes
Claudius; at functo Cæſare regna tulit:
Subuectusq́; loco rerumq́; potitus et vrbe:
Solus in illuſtri ſede Monarcha fuit.
Preſſit hic ingenium viuo ſub patre nefasq́;,
Multaq́; vel ſummis fecit amanda viris.
Moribus vt fuerit quamuis truculentior: vt fit
Diſciplina feros cum domat æqua lupos:
Attamen Auguſti iam gratus voce, probauit
Romuleis dignas faſcibus eſſe manus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Optima ſed poſtquam genitricis dicta peroſus
Reppulit abſurda ſæpiùs aure minas:
Maternasq́; preces monitusq́; ac pectora ſpreuit;
Ferre nec has voces, iurgia crebra, poteſt:
Forſan & afflictæ cum quæreret otia vitæ,
Hæc minùs vt populo nota frequensq́; foret:
Exceßit Latio, Capreasq́; inuectus aquoſas,
Æquoreis cinxit membra petulca vadis.
Vndiq́; prærupto quia clauditur inſula monte;
Hæc loca cælandis moribus apta legit.
Ergo huc perlatus curam mox deſerit vrbis,
Et dirum clauſo fornice corpus alit.
Tum mutata viro ſunt pectora, ſecula, mores,
Subuerſumq́; pio quicquid in ore fuit.
Quos poterat iuuenis tetros vitare furores;
Inuadunt olidum probra moleſta ſenem.
Et nunc omne genus varioſq́; libidinis ignes
Mercatur, precio creſcit & aucta Venus.
Corpora proſtituit, ſexus commiſcet, vt iſtac
Pruritum capias languide penis ope.
Promouet hos vini mores petulantior vſus:
Ebrietas turpes auget alitq́; faces.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Caldius, & verſa nunc voce Biberrius audit;
Et Mero, qui pridem eſt dictus in vrbe Nero.
Pellicibus defert operam gregibusq́ petulcis:
Et ſcortatorum triſte lupanar alit:
Non animo voluens aliud, non mœnia ſpectans;
Eximijs quondam mœnia culta viris.
Hos igitur luxus opprobria magna ſequuntur;
Affligunt Latios damna propinqua duces.
Mœſia vaſtatur: Germania ſæua tumultus
Commouet; Illyrios Sarmata turbat equos.
Syria defecit; ceſsitq́ Armenia Parthis;
Fœmineoq́ Tagus ſubtrahit arma viro.
Sic ergo Auſonidum prouincia parta cruore,
Hoc libertatem principe multa capit.
Intereà Capreis funeſto ardeſcit in igne:
Fœdaq́ multiplici probra ſub arte ſtruit.
Sanguine coniunctos crudeli ſuſtulit enſe;
Fata quod inprimis Matris acerba docent.
Nec curaſſe ferunt patriæ Patris illud honoris
Nomen, in haud dubias præmia danda vices.
Non mores etenim ſeſe ignoraſſe; nec acta
Nomine ſit paſſus condier vlla ſuo:

Poſtquam, quæ iuuenis vitarat crimina vitæ,
Cenſerit in ſtolidum poſſe redire ſenem:
Exiſtatq; dies melior, qua luce Senatus
Haud dubia ſcindat principis acta, manu.
Huius at ingenium cum Cæſaris, otia ſternant:
Otia, quæ vitij ſemina lenta trahunt;
Vtilibus ſit fas inferre laboribus æuum,
Et nihil ignauo turpia more ſequi.
Vt verò explerat ter ſextum Circulus annum,
Incidit in paßi tempora læta Dei.
Poſtea ſed Latijs Capreas cum tendit ab aruis
Luculla gelidos clauſit in vrbe dies:
Læticia procerum magniq; ad vota Senatus,
Omnia qui fœdo condidit atra Seni.
Quatuor hic luſtris ternum ſuperaddidit annum
Sceptra quibus Latij tradita ruris habet.
Ætatis ſpacium ſed ſeptuageſima meßis
Brumaq; in octonas finijt acta vices.
Poſt mortem iuſſum Tyberinas corpus in vndas
Spargier; hoc populi totius ora fremunt:
Attamen inuidia tandem ceſſante, relatus
Intulit in patrios Claudius oſſa rogos.

C. CÆ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

C. CÆSAR CALIGVLA.

IIII.

CLaudius infami dum vitam funere ſoluit;
Et iacet Auſonijs membra ſepultus agris:
Imperio ſubijt caligæ cui nomen ab vſu
Caſtrenſes inter contigit eſſe Duces.
Nam cum communes non faſtidiret amictus,
Romuleis nomen faſcibus inde tulit.
Antica productum viderunt mœnia luci,
Hoc illi matrem ceſpite terra dedit;
Natus auo nuper defuncto Cæſare fatis,
Qui Capreis multas perdidit exul opes:
Patre ſed hoc, poſsit cui non conferrier vnquam,
Maximus Auſonia quiſquis in vrbe fuit.
Namque decus patriæ quantum Germanicus vrbi
Attulit, ingenio, moribus, arte, fide:
Cum fama conſtet, tum tu quoq; Naſo probabas
Dum condis tanto ſcripta legenda viro.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

His igitur natus cum fortè parentibus eſſet
Magno equidem populi ſceptra fauore capit:
Qui minimè ſtolidi referebat principis orſum:
Cum primùm ad regni culmina ſumma venit.
Quin certè magno Romanæ gentis amore
Regnat; & vtiliter multa nouata facit.
Militiæ ſocijs quo non acceptior alter
Aſpera caſtrenſis pertulit arma iugi.
Mox igitur ſummo populi ſubuectus honore,
Perfida defuncti geſta reſcindit aui:
Et teſtamento pondusq́ fidemq́ negauit:
Nec rata fœminei principis acta ſinit.
Inde Cupidineis quæ Claudius atria flammis,
Et fœdas Veneri ſtruxerat ante caſas:
Protinus iniectis aboleuit hic ignibus; & quos
Ille aluit ſpinthras, ſæuior iſte necat:
Aut Latia ſaltem dimouit ab vrbe Cinædos,
Turpia qui cripta furta latente colunt:
Vix exoratus Tyberi ne mergeret amne;
Quos ea ſectari comperit acta viros.
Exemplo proaui rationes ciuibus vrbis
Publicat, ac veteri ſingula more notat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Quæ Nero ſuppreßis non mouerat vſibus, ille
  Imperij rurſus iura ſub æqua tulit.
Ignouit multis etiam, quos Claudius actos
  Exilio patriam vertere iußit humum.
Aureus huic clypeus reliquos decretus honores
  Inter; & hac virtus laude repenſa fuit.
Tum qua luce capit noua ſceptra, Palilia iußit
  Hunc appellari ciuica turba diem.
Mox non vana quidem Caio ſignacla Senatus
  Obtulit, vt poſſet tutior eſſe, librum.
Ille datum ſpreuit, certoq́ profatur ab ore:
  Vllius haud mihi ſunt conſcia corda mali.
Cur igitur libros vt ſim ſecurior, optem?
  Aut veſtra ſumam talia ſigna manu?
Qui reus eſt, cauto defendat geſta libello
  Et dubijs credat facta ſceleſta notis.
Me virtus, meq́ vna fides & numina ſeruant,
  Et mihi dant tutos labier aſtra dies.
Sic ergo imperij primis ſpectata ſub annis
  Cæſaris hæc merito vita decore fuit.
Cætera diuerſis exundat moribus ætas,
  Et nihil ingenui poſteà regis habet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Mox etenim faſtus, variamq́; ſuperbia mentem
Ludit, & atroces expuit ira minas.
Iura propinquorum petulans temerauit; amicos
Spreuit, & in quoſuis faxq́; nefasq́; fuit.
Omnia turbauit naturæ iura: Sorores
Preſſat; & Idaliæ cogit in acta deæ.
Vxores rapuit varias, raptasq́; reliquit
Rurſus, & in veteres multa repulſa thoros.
Omnia funeſtis expleuit caſtra rapinis,
Ciuibus extorſit rura domosq́; bonis.
Nil huic ſuffecit: ſed turpia lucra ſecutus
Conquirit dubias Cæſar auarus opes.
Intereà celebri minitatur prœlia Rheno,
Et Batauos ſubito Marte fatigat agros:
Percuſſoq́; Ducem tum fœdere pacat; eoq́;
Ceu victo claris nomina rebus alit.
Mox tanquam ſtolidum, cum magnæ curia Romæ
Et populus lata lege redire iubet:
Protinus oblatum recipit; patribusq́; minatur:
Et varias ſæuo detonat ore minas.
Alludensq́; ferox gladio, capulumq́; coruſcans,
Hic etiam mecum venerit enſis ait,

Nec mora, cum Latiam dirus contendat in vrbem:
  Multaq́; funeſto concipit acta Deo.
Affectusq́; etiam varios alternat; habetq́;
  Non amor æquatum ſæua nec ira modum.
At priùs exequier quàm poſſet triſtia, iuſtam
  Repperit in proprij militis enſe necem.
Namq; ita graſſanti coniurat factio mortem,
  Quam prompta celerat Chærea fortis ope.
Comprenſo crypta faciem tranſuerberat: inde
  Ter decimo lacerum vulnere corpus obit.
Quod vix ambuſtum taciturnis conditur hortis:
  Hocq́; loci gemuit Cæſaris vmbra diu.
Hic eſt funeſto Cæſar qui pectoris auſu
  Fœdauit Solymis condita templa iugis.
Quiq́; prophana etiam templo tum ſigna locauit,
  Et ſtatuæ ſacros iuſſerat eſſe dies.
Luſtra quidem vitæ ſex expleuiſſet: at annus
  Imperio quartus penè peractus erat:
Cum coniuratos dare membra coactus in enſes,
  Contrahit è proprijs fata necemq́; minis.
Cæſareo hic primus veteriq́; à more recedit,
  Et priſcos fœdat crimine ſparſus auos:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

De quo fama quidem Latias diſperſa per vrbes
Sic canit, ac magno fert ea dicta foro;
Haud meliorem equidem primis tenuiſſe ſub annis,
Nec pòſt peiorem ſceptra tuliſſe virum.
Annales referunt Caij prænomine cunctos
Morte quidem infauſta ſuccubuiſſe Duces.

D. TIBERIVS CLAVDIVS CÆSAR.

V.

EXcipit haud meritos extincti Druſus honores:
Præter & in ſummas ſpem venit auctus opes.
Cæſaris hic patruus nuper ſua fata ſecuti,
Suſcipit auratæ pacis & arma togæ.
Patre quidem natus claro proauisq; ſuperbis
Attulit imperio romula luſtra decem.
Eximij cui nil iuuenili ætate peractum eſt,
Et puero nulla gloria laude fuit.

Quin

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Quin ſtupidum quoties genitrix quem dicere; dixit,
An poterit Druſo ſtultior eſſe meo?
Hunc Auia & Vitricus ſpreuit, pretijq́; futurum
Nullius ingenui ſcripſit vterq́; virum.
Liuia non rarò monſtrum vocitauit, & orſum
Naturæ ſolùm deficientis opus:
Sed tamen hac ipſa morborum labe grauatus
Aonidas magno Druſus honore colit.
Et ſtudia abſoluit primæ digeſta iuuentæ;
Quorum etiam ſpecimen creber in vrbe dedit.
Inde magiſtratus cum inſignia læta petiſſet,
Cæſaris aſtuta voce repulſus abit.
Haud etenim Latio Muſa eſt accepta Monarchæ:
Nec mouit rigidos docta Thalia patres.
Et tamen hunc populi fauor & tutela pauentem
Non omni prorſus deſerit aſſe virum.
Ordine patronus ſiquidem bis lectus Equeſtri,
Publica non tenui præmia laude capit.
Tum Conſul faſces meliori ex omine dictus,
Menſibus hic ſarta lege duobus habet.
Intereà quamuis ſit multa opprobria paſſus,
Et varias æuo det labor ire vices:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Inſperata tamen iugulati ſceptra Nepotis
Corripit, ac Latia Cæſar in vrbe regit.
Euectus caſu potiùs quàm numine diuum;
Præſit vt Italicis deſidioſus agris.
Turpiter hunc miles latitantem, extrema timentem,
Primus ad imperij protrahit arma Senem:
Penè auerſantem, latys tum faſcibus addit;
Quæ rata mox plebis dicta Senatus habet.
At poſtquam Cæſar ſubuectus in atria creuit,
Et tenet ignaua romula ſceptra manu:
Nil is Cæſaribus dignum veteriue Quirino
Egit, & in nullo vita decore fuit.
Sed deſes, truculentus, iners, timidusq́; feroxq́;
Ardet in haud meritas mittere cuncta faces.
Militiæ quoſdam correxit ineptior vſus:
Et tamen hos nullo mutat honore gradus.
Cæſaris Auguſti nomen ſacrauit in acta:
Eſſet vt haud dubijs meta fidesq́; notis.
Iudicium cauſasq́; animi terroribus egit
Fractaq́; non conſtans pectora motus habet.
Interdum prudens & circumſpectus agebat,
Interdum nulla cautus ab arte fuit.

Omnia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Omnia miſceri paſſus, dum pace fruatur:
  Primus & Auſonia Druſus in vrbe regat.
Vt tamen & Latium deceant quæ facta Monarcham
  Saltem aliquo rerum percitus igne gerat:
Albionum varijs agitata tumultibus arua,
  Poſt Caij primus Cæſaris acta, domat.
Hinc equidem illuſtres peperit fortuna triumphos;
  Et vehit Auſonium lætior aura ducem.
Qui cum iam patriam rediſſet victor in vrbem
  In veteres reuocat Scenica iura gradus:
Spectaclisq; capit populum; qui lege modoq;
  Præcipit vt Latias cenſeat æquus opes:
Diuitijsq; notas ſtatuat; quibus inclyta Romæ
  Non perturbato mœnia iure colant.
Nec quid prætereà eſt hoc geſtum Cæſare, quod quis
  Illuſtri dignum ſcripſerit eſſe viro.
Et tamen eximia res hæc quoq; laude feratur:
  Caſtalijs fuerit pars quòd honeſta Deis.
Hiſtorias veterum pertexere cepit auorum;
  Orſus ab Æmathijs bella nefanda malis.
Multaq; conſcripſit tum clara volumina, noſtras
  Optarem certè quæ tetigiſſe manus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

At nimis impatiens moderato Cypridis vſu,
Sæpè Cupidineas mutat agitq́ꝫ faces.
Vxores variat; varias probat; inde probatas
Pellit, & expulſis tecta viroſq́ꝫ dedit.
Exturbatq́ꝫ domo Gnatum: recipitq́ꝫ Neronem:
Illius hæc iuſsit ſumere monſtra locum.
Hinc in Agrippinæ furibundum ceſsit amorem,
Oſſaq́ꝫ funeſto molliter igne fouet.
Stultus, & incauto nimiùm ſe pectore verſans,
Fœtida qui tantæ crederet ora deæ.
Mox igitur ſaciata bonis petulantior vxor,
Concipit inuiſo triſtia fata ſeni:
Atqꝫ venena dedit boleto intincta recenti,
Ille quibus ruptos clauſit in vrbe dies:
Tertium vt hic annum poſt luſtra ſecunda moratus
Rexiſſet timida regia ſceptra manu.
Mors cælata diu eſt, nullisq́ꝫ agitata querelis;
Luſibus at fictis diſsimulata fuit.
Aſt vbi conſtabat, ſolenni eſt igne crematus,
Inq́ꝫ deûm Cæſar caſtra relatus abit.

DOMI-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

DOMITIVS NERO CLAVDIVS CÆSAR.

VI.

FAx orbis, populiq́ lues, ſentina malorum,
Suſcipit infami ſceptra relicta manu.
Domitio natus genitore truciq́ maloq́
Flagitijs veteres qui ſuperauit auos.
Conſtiterit ſi quis maculatæ crimina vitæ
Spectet, & abſumptos per fera facta dies.
Militiam Caio ſub principe fortè ſecutus
Dum bellum Eoo mollis in orbe gerit:
Libertum ſubita ſtratum nece conficit: is quòd
Effuſo in cyathos haud ſatis ore foret.
Tum puerum curru obtriuit plauſtroq́ citato:
Et media ſummos læſit in vrbe viros.
Erutus hoc Equiti teſtatur ocellus honeſto,
Quòd rea flagitij geſta Neronis agat.
Ergo diu à proauis abauisq́ atauisq́ coacta
Quæq́ adeò plena crimina lance fluunt:

Cæſaris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Cæſaris in mores veniunt digeſta Neronis:
  Vltimaq́ hæc priſci meta furoris erat.
Conditio aſt hominū miſera eſt: cumq́ improba creuit,
  Creuerit è multis auctior vnda malis.
Tum ſi quem prendat, planè hunc ſubuerterit. eius
  Hic rei teſtis Claudius eſſe poteſt.
In quem Maiorum cum crimina cuncta venirent,
  Vnus ab antiquis cuncta ſceleſta gerit.
Sentinamq́ adeò ſe præbet moribus his, quos
  Relligio, virtus famaq́ grata fugit.
Egregiæ quamuis teſtetur vt indolis vſum;
  Spe trahit Auguſtos in ſua vota patres:
Qui magno intereà iactant hunc creſcere fructu
  Quo reparet priſcos principe Roma dies:
Euerſumq́ ſtatum velut in ſua iura Senatus
  Vendicet, ac æqua curia lance cluat.
Principiò Troiam vel conſtantiſsimus vnus
  Luſit, & his primùm eſt vita probata notis.
Mox præceptori Senecæ committitur; artes
  Vt duce ſub tanto diſcat ametq́ bonas.
Cui ſimul ac datus eſt, mox cautò fœda Magiſtro
  Semina funeſtæ cognita mentis erant.

Præci-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Præcipiendo tamen ſi quid Sapientia poſſet;
    Jn ſuperos ſuadet pectora recta deos;
Et ſimul humanos animis inducere mores
    Præcipit, ac miti cuncta gerenda monet.
Nec fruſtrà eſt ſuaſiſſe bonis: placita ardua docti
    Jam grato multus verſat in ore, ſenis.
Ergo vbi ter Phœbus ſua luſtra reducit, & annus
    Ætatem fœdi principis alter habet:
Jmperio donatus obit faſtigia regni,
    Et capit haud tali ſceptra gerenda manu.
Quamuis vt recte poterant commiſſa videri,
    Prima Magiſtratus tempora, ſigna dabant.
Cæſareos etenim cineres curabat & vrnam,
    Hocq́; caput tanti muneris eſſe dedit.
Mox ſeſe Auguſti victurum more profeſſus
    Multa equidem magno principe digna facit.
Quapropter meritis affecit honoribus illos
    A quibus hæc vitæ tempora prima capit.
Tum Matri ſummam Jmperij conceſſit: at ipſe
    Proxima ſupremæ iura Tribunus habet.
Virtutes igitur varias nouus actor adumbrat,
    Multaq́; fallaci triſtia fronte tegit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Maiores grandi quæ vectigalia cenſu
Intulerant, comi leniyt ipſe manu.
Carmina nonnunquam medio recitata theatro
In Capitolina rupe dicata locat.
Spectaclis animos reficit; donaria largè
Spargit, & in vulgus miſsile grande fluit.
Conſulis officio functus quater, ardua Iani
Nequicquam clauſit limina priſca Dei.
Et tamen hoc Latiæ nulla incrementa coronæ;
Aucta nec è tali principe Roma fuit.
Ægypto ſemel auſus erat ceu bella minari,
Romuleo vt Pharios milite preſſet agros:
Perfecitq́ nihil. petulans erat iſta loquelæ
Garrulitas, cuius pondus inane fuit.
Iſthmum perfodiens in Achaica littora tendit,
Funeſtamq́ truci milite verſat humum.
Ipſe manu primus fatales mouit arenas,
Mollibus ac humeris irrita ſaxa tulit.
Mox redit in patriam, Latiaq́ vagatus in vrbe
Omnia præſtantis depulit acta viri.
Tum manifeſta fides quantum ſimulatio poſſet;
Quam frons obtenſo cauta pudore tegit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Vix ſiquidem explerant fasceſq; ac tempora luſtrum;
Cum ſimul auerſos ire iubebat equos:
Laxabatq; animum vitijs ſoluitq; pudorem:
Publicaq; ingrato commoda iure premit.
Nullo ſpes maior ſub principe ceperat vrbem.
Sæuior hoc princeps nullus in vrbe fuit.
Prima manus rabidi ſubijt pia turba, Neronis;
Dulce quibus Chriſto ſub duce nomen erat.
Nam, çeu fama quidem eſt, Petro cruce fata peregit
Et rapit effœtum mors operoſa ſenem.
Mox etiam Paulum gladio feriente cecidit:
Inde pios multo perdidit enſe viros.
Hoſtis Apoſtolico ſummus; quem cæde cruorem
Semper inexhauſta proditione tulit.
Hijs ergo auſpicijs patefacta eſt ianua morti,
Quæ pòſt in Latios prodijt aucta patres.
Ante tamen fratris celerabat fata Britannici:
Et iuueni dirus certa venena dedit.
Tum Matris, cuius iam pridem corpus inirat,
Traijcit immani percitus enſe latus.
Mox Amitam morbo luctantem perdidit: inde
Vxores geminas çæde manuq; necat.

Deniq; quo quis iure prior vel ſanguinis ortu
 Tempore ſic voluit quemque priore mori.
Nec Romæ tantùm mors eſt graſſata; ſed extra
 Unà etiam cædes mœnia, crebra fuit.
Ergo vbi ſublata iam multa parte Senatus,
 Omnia nobilibus ſtruxerit atra viris:
Ediderítq; fero repetitam pectore vocem,
 Hauſturum ſimili cætera celſa nece:
In præceptoris iam tendit fata; piumq́;
 Et meritis clarum ſuſtulit enſe patrem.
Ut non & reliquis, tamen hoc turpiſsimus auſu:
 Inter & atroces dignus obire feras.
Quamuis haud longè dilata ſit vltio; tantum
 Qua Deus & cœli vindicat aula, nefas.
Interno ſiquidem primùm exagitatus ab æſtro,
 Nulla quidem lætæ ſemina mentis alit.
Sed mox à Matris patrata morte, profeſſus
 Se Stygio dixit criminis igne rapi.
Ardentes ſemper thædas furiasq́; videri;
 Atq; premi, ſed quæ neſciat ipſe, malis:
Nec ſolus, nec cum reliquis tranquillus; in atras
 Sic ſe diffudit conſcia culpa faces.

Cumq́;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Cumq́ timet quoſcunque, nihil ſecura moratur.
Et grauis affligit pectora mœſta furor.
Ergo vbi Romulea proceres diuexat in vrbe,
Et cunctos varia ſub cruce dirus agit.
Ecce paueſcenti defertur nuncius, omne
Detrectare viros Gallica regna, iugum.
Mox etiam Hiſpanos alius diſcedere pacto,
Et mota Galbam ſeditione ſequi.
Qua conſternatus fama Nero concidit: vt qui
Creditus hoc fuerit poſſe dolore mori.
Tertius externos etiam turmasq́ ducesq́
Defeciſſe graui nuncius ore refert:
Atq́ Sacramento cunctas abijſſe cohortes,
Quæ prius Auſoniam eſt turba ſecuta fidem.
Tum verò iactare manus, & vellere crines,
Ac miſera quaſuis voce replere domos:
Incertusq́ fremensq́, animo mox certa venena
Concipit, ac fundi protinus iſta iubet.
Intereà auxilium per amicos quærit: at illi
Iam ſtudium miſero præſidiumq́ negant.
Ergo foris pariterq́ domi deſertus & exul
Expetit extremæ pocula mixta neci.

Dumq́ miſer quærit fatalem territus hauſtum
Repperit euerſo nulla venena loco.
Ante quidem miles iam ſpreti Cæſaris aulam
Diripit, ac ſacras depopulatur opes.
Aſt vbi fraudatus grata eſt virtute cicutæ
In gladio ſtolidus fata relicta petit.
Et percuſſorem cum non inuenit, ab vrbe
Mox ruit, ac trepida permeat arua fuga.
Vtq́ cauernoſo latitaſſet mœſtus in antro:
Sintq́ ſitim ac longam corpora paſſa famem:
Hoſtem decerni tum ſeſe voce Senatus
Audit, & inuiſi criminis eſſe reum:
Seq́ adeò quæri; ſcelerato vt more peremptus
Omnia commeritæ ſortis acerba luat.
Cultellos igitur vagina eduxit; in hoſce
Quos vſus ſecum detulit ante duos:
Tentauitq́ aciem, rurſusq́ recondidit: hora
Quòd non fatales hæc ſinat eſſe manus.
Aſt vbi Cornipedum ſonitus, ſtrepitumq́ vocantûm
Sentit, & hæc viui corporis ora peti:
Impauidus iugulo ferrum, quo cinctus adegit,
Et vitæ miſeros finijt enſe dies.

Exitus

Exitus hic diri ſupremaq; meta Neronis
Penè tribus luſtris geſſit vt arma, fuit,
Atqui ætas ſextum, geminosq; eſt aucta per annos;
Dum propria rupit languida fata manu.
Funere ſublatus claro eſt, & honore crematus:
Martius at cineres campus & oſſa tegit.
Linea quo tandem diuini ſanguinis exit:
Et Nero Cæſareos terminat iſte gradus,

SERGIVS GALBA.

VII.

SErgius extincto ſucceſſit Galba Neroni;
Qui patria clarus nobilitate fuit.
Non hic Cæſaream communi è ſanguine ſtirpem
Attigit: Aſcania nec venit ille domo.
Sulpitia illuſtrem ſed duxit origine vitam:
Illius hic longæ ſtemmata gentis habet.

Mum-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Mummius euerſa cui maxima fama Corintho
Ceßit, & Aſopo victor ab orbe redit;
Materno poſuit generi decus: vnde nepotes
In Galbam longos continuare gradus.
Mox diſciplinas primæua ætate ſecutus
Ingenio Muſas non fugiente colit.
Præcipuè Iuris ſtudio contendit & æqui;
Principe quo nullum dignius orbis habet:
Indole iam primis acri conſpectus ab annis
Et magno gratus vixit honore bonis.
Huius vt Auguſtus mulciſſet pectora; creſcas
Imperio, dixit, Galba venuſte meo.
Inclyta nec ſolùm venturi culmina regni
Proſpicit, ac longè ſignificata videt:
Verùm etiam generi ſummum prædixit Aruſpex
Imperium; at ſera poſteritate dari.
Hoc auus eludens; pariat ſi mula, futurum
Tum quoq; quod vates rettulit, inquit, erit.
At Galba nato peperit quoq; mula: quod omnes
Oſtentum diris funeribusq́; vouent.
Ipſe tamen priſci cum ſciret dicta parentis,
Omine felici prodier iſtud ait.

Nec

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Nec magis hoc vllo portento pectora firmat
Sergius, Imperij dum noua ſceptra capit.
Ergo vbi iam poſita eſt veſtis prætexta; virilem
Galba quidem in patria ſuſcipit vrbe togam.
Et pariter multis conſcriptus honoribus, amplo
Ornatu vitæ munera lauta ſubit.
Functus prætura, mox faſces Conſul adeptus
Annua ſex tantùm menſibus arma gerit.
Et tamen hoc ipſum caruit non omine munus,
Quod ſucceſſoris nomen & hora docent.
Hinc peregrina animo concepit Galba, forumq́;
Liquit, & amotis maluit eſſe locis.
Forſan vt hoc poſſet magis inclareſcere pacto,
Externas victor dum terat hoſtis opes.
Gloria Scipiadum pœno ſuccreuit ab enſe:
Ciuica non tantum manſio laudis habet.
Hoc igitur grata eſt ſtudio prouincia Galbæ:
Vt qua Virtutis cernier acta queant.
Gallica principiò ſortitus regna, tumultus
Sedat, quos magnos turba moleſta dedit.
Aphrica pòſt adijt: cumq́; hæc per rura moratur;
Principe ſunt claro quæ facienda, facit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Tandem in ſeceſſu vitáq; per otia vixit;
Vrbanas fugiens triſtia multa vices:
Donec & Hiſpanas à Cæſare miſſus in vrbes,
Hæc equidem longo tempore regna tenet,
Cui ſacras adeunti aras res mira repentè
Contigit, aſtantes mouit & vna viros.
Poſcenti cum thura puer deferret acerram,
Qua litet ſuperis aduena Galba dijs:
Prima capillorum forma eſt mutata, trahuntq;
Caniciem ſubitis fronsq; caputq; notis.
Id celeres rapiunt ſocij; iuuenemq; canebant
Ceſſurum magno faſcibus eſſe Seni.
Sergius oſtento nihil eſt turbatus, abitq;,
Atq; Hiſpanorum tradita regna gerit:
Et vario rumore grauiq; ſubinde querela
Sæuior Heſperias depopulatur opes.
Durus in hos qui ſerò aderant mandata ſecuti,
Æqua quibus poſuit tecta domosq; ſolo.
Cætera ſub miti complectitur omnia vultu,
Et patrio cautus ſingula iure facit.
Sic animi varijs contendit motibus; annos
Sub quibus Hiſpanos Sergius octo regit.

Poſteà fama volat iam dura clade Neronem,
Et ſcelus accenſo pectoris igne premi.
Cum ſimul à Gallis defectio facta refertur,
Quæ fuit aduerſa Vindicis orta manu.
Hæc res principiò Galbam turbauit. at inde
Deferri imperium cum ſibi grande videt:
Et Gallos vltrò ſubducere iura Neroni:
Quem gens vlteriùs non ea ferre poteſt.
Sollicitè accedit, paretq́ monentibus, & ſe
Donari Latio Cæſaris enſe ſinit.
Maximè vt occiſi conſiſtere fata Neronis
Audit, & atroci ſuccubuiſſe manu.
Tum quaſcunque poteſt conſcripto milite turmas
Et quoſcunq́ poteſt contrahit acer equos.
Sublataq́ mora properando reuertitur vrbem,
Et magni ſecum roboris arma trahit.
Quamuis intereà vt reditum maturat & vrget,
Hiſpano ſubijt multa pericla ſolo.
Acceſſitq́ etiam defuncto Vindice rumor:
Qui luctu Galbam non ſimulante ferit.
Attamen hortati confirmant fata ſodales;
Confirmat dubium Mula repleta ſenem.

His igitur monitis, ſuperumq́ per omina fretus
Aſpirat Latijs Galba modeſtus agris.
Quamuis ingreſſus patriam, non priſca Senatus
Officia, aut animos ſentijt eſſe pares.
Sæuitiæ ſtudijs & auari more laborat:
Quod vetus eſt ſemper Roma peroſa malum.
Sed tamen Imperio vi vel virtute potitus;
Nequicquam patrio ſceptra fauore tenet.
In vitia eſt prolapſus, & omnia dura frequentat,
Multaq́ non iuſto corpora iure necat.
Priuatos quoſdam ſed ineptos fouit amicos,
Conſilijs quorum vita gerenda fuit.
Contempſit reliquos; qui vix ſibi conſtitit: vnde
Raptus in inuidiam plurima probra tulit.
Prima inclinatæ ſors atq́ occaſio vitæ,
Militis ingrato prorſus ab ore venit.
Hunc ſe cum referat mercari nolle: quòd æra
Interdum miles non ſatis æqua petat.
Illudatq́ poteſtati tum Cæſaris; vltra
Quàm Romanum etiam ferre patiq́ decet.
Non ſeruis, non ſe ſubmittere regna miniſtris;
Vt plauſu quorum prendere ſceptra velit.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Hæc labes & prima mali cum cauſa fuiſſet;
Exijt in ſummos factio dira patres.
Et manifeſta quidem nunc prodijt ira Senatus,
Omnia qui magni Cæſaris acta notat.
Hanc ergo inuidiam quò Sergius explicet, à ſe
Piſoni voluit ſceptra relicta dari.
At nihil auxilij res attulit iſta; ſagacis
Conſilium quanquam dixeris eſſe viri.
Namq; Sacramento miles Germanicus exit,
Quas ſcelerum flammas perfida Roma probat.
Iamq; Otho præſenti cum vtendum ſorte putaret,
Explicat haud ſegnes in ſua lucra manus:
Inflammatq; animos ceptisq; laboribus inſtat,
Et pauidum turbat proditione Senem.
E caſtris igitur Latiam tranſmittit in vrbem,
Qui Galbæ inſidias certaq; damna ſtruant.
Quos, vbi prodiſſet, primo tum Sergius auſu
Terruit: aſt animus protinus hiſce redit:
Exceptumq; foro ac deſertum à milite, ſternunt:
Conijciuntq; ſeni plurima tela viro.
Hic Galbæ finis. qui Vir licet optimus eſſet,
Romanis poterat non tamen eſſe bonus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Aut quis deformes inter bonus eſſe Tyrannos
Ac aliqua ſaltem viuere laude poteſt?
Difficile eſt placuiſſe, modumq́ inducere factis;
Fraus vbi ſupremos occupat alta gradus:
Contemptuq́ patres & ſeditione laborant,
Et violant ſacram dicta ſuperba fidem:
Ambitione etiam cum ſeſe in iurgia fundant,
In ſua qui faſces vertere lucra ſtudent.
Certè ibi nec bonitas pretio eſt; nec præmia virtus
Nec meritæ laudem ſedulitatis habet.
Sed magno mortale genus furit impetu, & hoc quod
Dÿ ſtatuunt, turpi ſæpiùs ore premit.
Seq́ adeò euertit ſtultos dum pectoris ignes
Diuina cupiat pro ratione ſequi.
Nunc Galbam interimunt, qui non virtute relicta
Sed dura fati conditione regit.
Et tamen antè truces poterat tolerare Tyrannos:
Et pòſt crudeles pertulit aula Duces.
Huic caput auulſum funeſto militis enſe,
Proÿcitur turpi deſeriturq́ loco.
Corpus & eſt longa tandem ſub luce relictum,
Et iacuit medio Cæſaris vmbra foro.

Quod

Quod demùm in viridi laceratum condidit horto
Argius, Aurelia quâ nitet vrna via.
Sergius ætatis bis ſeptem luſtra peregit;
Imperij ſeptem menſibus arma gerit.

M. SYLVIVS OTHO.
VIII.

SYluius excepit iugulati tempora Galbæ,
Funeſtoq; Italas occupat enſe domos.
Egregio quamuis maiorum natus ab ortu;
Attamen hic molli pectore turpis erat.
Quo nihil eximij geſtum eſt ſub principe. notum
Flagitijs toto nomen in orbe fuit.
Vix memoranda reor cum ſpurco geſta Nerone;
Aſſecla cui fœdo Syluius ore placet.
Mutua compertum eſt agitata his ſtupra fuiſſe:
Tentatumq; pari conditione nefas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Cæſaris immeritam iugularier enſe parentem
Et probat, & ficto cælat honore necem.
Iurgia ſed demum turpes ſunt orta lupercos
Inter, & alterius deſpicit alter opes.
Syluius excluſit Poppææ ab amore Neronem;
Et potior primos occupat ipſe gradus.
Hinc Luſitanos igitur commendat Othoni
Cæſar, & Hiſpanis dat procul eſſe plagis;
Intereà Romæ vt Poppæam liber amare
Poßit, & Idaliæ munus obire Deæ.
Ille abit; ac tacito portat ſua pectora motu,
Pectora non iuſto dißimulanda die:
Bethicaq; ingreſſus moderatur regna fauore,
Quo ſummo poſſent maxima ſceptra geri.
Nam vitam duxit qualem decet illius eſſe,
Cui virtus amplas ſola reliquit opes.
Aſt vbi iam certo Galbam rumore Monarcham
Audit, & Auſonijs iura tenere locis:
Ipſe etiam partes communis fouit amici,
Sumat & vt regni culmina tanta, monet.
Conatusq; iuuat reuocati principis; vt mox
Inuadat Patrij mœnia mœſta ſoli.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Forſitan haud Latium, ſed adoptio mouit Othonem,
Vt princeps Galbæ proximus ipſe foret.
Aſt vbi fruſtratum ſe ſpe videt, induit iras,
Resq́; alia tantas deſtinat arte ſequi.
Nec longa ceptum protraxit luce furorem:
Protinus inſidias certaq́; damna parat.
Cumq́; ſalutatus iam nomine Cæſaris eſſet,
E caſtris celeri fertur ad acta manu:
Obtruncatq́; Senem diſpoſto milite; quâ ſe
In medium ſoluit Roma ſuperba forum.
Mox ipſe imperij violenter adeptus habenas,
Nulla quidem magno principe digna facit.
Ingreſſus ſedenim conſtanti fronte Senatum
Seſe ait inuita ſceptra tenere manu.
Caſtrenſi populo & furibunda è plebe coactum
Haud propria tantos carpere ſponte gradus.
Priuato tamen haud geſturum nomine regnum;
Maximus at ſi quid forſitan ordo probet;
Hoc ſe facturum. patiatur id ergo Senatus
Eſſe ratum, ſuperis quod placuiſſe videt.
Vtq́; ſit inſano ſimilisq́; comesq́; Neroni,
Ipſe auidè nomen triſte Neronis amat.

Hijs equidem auſpicijs funeſti culmina regni
Occupat, ac vario fræna pauore tenet.
Nocturnis etenim viſis tacitoq́; furore,
Pectoris & lento ſe dolet igne premi.
Quòd læſos Galbæ manes cumulare timorem
Sentiat, ac Stygias corda mouere faces.
Ergo quod imperium violentis arripit armis,
Haud etiam placidis faſcibus acre gerit.
Tantiſperq́; furit dum ſors fera commouet Aulum:
Quo demum rigido Syluius hoſte cadat.
Excitat hunc etiam Germanica factio, qui pòſt
Inclyta Romulei Cæſaris arma regat.
Ergo vbi non dubio rumore Vitellius inſtat,
Auſonioq́; mouet triſtia bella duci:
Syluius haud timidas eduxit ab vrbe cohortes
Et locat Alpinis caſtra ſecunda iugis:
Conſeruitq́; manus, felicia prœlia; flexu
Quà Trebijs miſcet ſe Padus altus aquis.
Bebriacas verò poſtquam veniſſet in oras,
Vltima funeſto bella cruore gerit.
Namq; duces vtrinq; videns concurrere; quorum
Auſonio clarum ſanguine ſtemma fuit:

Et

Et trahere ingentes populos Latiamq́ iuuentam,
Sunt quibus admiſſa robora fracta manu:
Indoluit; dudum ciuilia bella peroſus:
Et patrio partas ſanguine damnat opes.
Haud iucunda quidem victricia ſigna referri,
Plurima ſi vnius turba ſalute cadat.
Non igitur cauſam tanta ſe clade daturum;
Vt cruor Auſoniam tinxerit altus humum.
Mox fatis gladium & mortifera deſtinat arma:
Ac vitæ ſubitam præparat ipſe necem.
Eductoq́ latus ferijt mucrone: ſimulq́
Finijt aduerſos dextera clara dies.
Ætatem luſtris penè octo expleuerat: alti
Quartus at Imperij tempora menſis habet.
Quo cum multi etiam proceres ſua fata ſecuti
Haud timida celerant funera dura manu.
Aſt Otho decedens Veliternæ præcipit vrnam
Conſtruier, quà nunc oſſa ſepulta iacent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

AVLVS VITELLIVS.

IX.

PErtulit hoc etiam Romana potentia monſtrum:
Quo penè haud aliud maius in vrbe fuit.
De cuius certi nil conſtat origine: membris
Fama eſt conuulſis interiiſſe patrem.
Is gnati quoties Geneſin notat; horret; & ipſo
Protinus inijcio probra futura videt.
Quin ſuperos orat, viuo ne læta parente
In celſos gnatum ſubuehat hora gradus.
Quòd nunc proſpiciat, cladis quid filius olim
Struxerit in patrias auctus honore domos.
Nec falſus pater eſt: qui quæ ventura videbat,
Roma quidem ſummo facta dolore gemit.
Nam viuo quamuis Conſul genitore creatus
Prima quidem haud turpi geſſerit arma manu:
Attamen imperij maioris in inclyta vectus;
Extincto prorſus ſceptra pudore tulit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Inq́; ſcelus fœdas paratior vſq; ruinas
Omnia naturæ probra furentis obit.
A puero Capreis inter Tiberina reſedit
Scorta, nec occultis fugijt eſſe locis.
Spintheriæ facto tam fœdo nomen adeptus
Præmia proſtrato corpore magna facit.
Nec dubium, incrementa quidem lautiſſima vitæ
Flagitijs molli conciliata viro.
Et ſibi quod crimen puerilibus induit annis,
In ſeros voluit triſte venire dies.
Flaminis vt verò compleſſet munus, in Afros
Mittitur, ac celebri hæc culmina laude tenet.
Hinc gnatum iugulat; qui lumine captus vtroque
Accipit è patria dira venena manu.
Poſteà Germanas cum miſſus abibat in oras
Theutonicis liber præſidet Aulus agris.
In Batauos Tungrosq́; & amœni littora Rheni
Tranſiit, ac Vbijs regna miniſtrat aquis.
Huc illum Cæſar præter ſpem Galba profectum
Deſtinat, arctois præpoſuitq́; locis.
Intereà Romæ ſæuo proſtratus Othone
Sergius effuſo fata cruore capit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Famaq́ue patrati ſceleris peruenit in oras
Qua verſant geminam cælica plauſtra feram.
Ergo ſalutatus velut antè Vitellius acri
Theutonici Cæſar militis ore fuit:
Sic properè Auſtriacam fortiſsima ſigna cohortem
Præſidio oblata conditione vocat:
Pannoniasq́ue acies paribus commouit in armis:
Vt ferrent ſociam mutua tela manum.
Mox vbi ſe firmo iam robore muniijt Aulus
Duxit ad Alpinas arma parata niues:
Conſcenditq́ue iugum cliuoſi tramitis: inde
Pergit in Inſubres ditia regna locos.
Cuius in aduentum ſe Syluius enſe peremit,
Et forti rumpit fata ſuprema manu.
Aulus at Auſoniam liber contendit in vrbem,
Sceptraq́ue defuncti Cæſaris alta capit.
Qui cum tranſibat iam plena cadaueris arua
Fœtorem latè putrida membra ferunt.
Cumq́ue etiam populus rem deteſtetur: at hoſtis
Non malè proſtrati corpora, dixit, olent.
Et ſimul vt tantos euincat turba labores,
Indulſit liquido pocla referta mero.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Hinc ergo ingreſſus Romana palatia, nullo
Maiorum ritu mœnia ſacra petit.
Detectis ſedenim quibus emicat arduus armis,
Non pater, at patriæ ſæuior hoſtis adit.
Introituq́ bonos terret, qui dira Tyranni
Protinus à primo limine facta notant.
Is verò ne quid populi ſpem ludat; habenas
Recturum ſeſe more Neronis ait.
Domitioq́ dat inferias & ſacra Tyranno,
Et ſibi perpetui Conſulis arma parat.
Mox fera deformi ſubmergit viſcera luxu:
Et mollem paſcit lubricus arte gulam.
Admiſcetq́ etiam crudelia pectora menſis;
Et violat gemino Romula ſceptra malo.
Pannonias donec fama eſt rupiſſe cohortes,
Quam dederat pridem maxima turba, fidem.
Quod Syri faciunt & apellis mœnia Iudæ;
Qui te clare ducem Veſpaſiane colunt.
At conſternatus rumore Vitellius, hæret
In quas hæc poſſet vertere bella vices.
Nunc ſeſe imperio ſubducere cogitat, & non
Inuita faſces depoſuiſſe manu.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Nunc in conſpectum delecti Cæſaris ire,
Obuiaq́ aduerſo prœlia ferre duci.
Quorum nulla tamen tentata peregit: at armis
Abſtinuit trepido percitus oſſa metu.
Quæq́ ſalus poterat preſſis extrema videri,
Ingenio pacis fœdera blanda capit:
Exploratq́ animum venturi Cæſaris. aſt hanc
Fruſtrà equidem tali principe captat opem.
Quin ſtudio Latiam flagrante mouerier vrbem
Cum videt, ac certis creſcere damna malis:
Seq́ adeò ſolum media inter tela relinqui
Quo ſatiet rigidas ciuica turba manus:
Turbatur. ſed enim patrios cùm fortè penates
Priuata veluti conditione petat:
Obſcurus latuit. mox ficta pace reuerſus
Oſtia Cæſareæ corripit ampla domus,
Inſiſtitq́ moræ. ſed cum dilabier omnes
Senſerit, ac nullo milite caſtra tegi:
Ipſe etiam rapto quod tum poſſederat auro
Corpus in haud firmam conijcit Aulus opem,
Et cellam ingreditur, denſas vbi ianitor vmbras
Aut captare vigil ſomnia cauta ſolet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Stragulaq́ obiecit foribus lectumq́ reuulſum,
Pellit & hoſtiles culcitra parua faces.
Præſidium heu miſerum tot contra tela, tot enſes
Quot tentant miſero fata cruenta ſeni.
Jamq́ propinquabant hoſtes vrbemq́ tenebant;
Et ſtatuunt medio prima trophæa foro;
Cùm ſimul irrumpunt Romana palatia, & ipſum
Scrutando quærunt tecta per ampla ducem.
Qui quamquam aſtuto deluſerat ore ſequentes,
Dum ſe quæſitum pernegat eſſe virum.
Attamen inuentus, patulasq́ extractus in auras,
Multa quidem mœſta voce monendo rogat:
Parceret vt vincto miles. ſibi pauca ſalutem
Qui magni tangant Cæſaris, eſſe refert.
Aſt has turba preces ſurda nimis aure receptas
Protinus in volucres iuſsit abire notos:
Arreptumq́ trahunt manibus poſt terga reuinctis
Huncq́ fimo pueri ſtercoribusq́ petunt.
Qui faciem cœno ne ſubtrahat; enſe leuari
Suppoſto mentum ſæua corona iubet.
Injciunt collo laqueos, veſtesq́ reſcindunt,
Et lacerat raptam factio dira togam:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Inq́ꝫ forum medium direpto tractus amictu
  Ciuibus Auſonijs fabula grata fuit.
Captiuo inſultat pubes, opprobria ſpargit,
  Inq́ꝫ ſenem plena ſcommata voce iacit.
Hæc igitur paſſus ludibria, turpiter æuum
  Finit, & in pœnas vita nefanda ruit.
Quin mortis genere haud vulgari abſumitur, ictu
  Cum minimo punctim beſtia fœda cadit.
In Tyberim trahitur ſcelerato mortuus vnco
  Iuſtaq́ꝫ quæſitis piſcibus eſca perit.
Funeſtum nec enim corpus dignata ſepulcro eſt
  Turba; nec è patrijs ſuſtulit oſſa rogis.
Quin ad ſaxa quidem vetuit conſiſtere: tantùm
  Patrati ciues criminis acta mouent.
Filius hoc etiam perijt fraterq́ꝫ tumultu:
  Augurioq́ꝫ fides cognita vera fuit.
Vitæ luſtra decem, ac ſeptem progreſſus in annos;
  Penè quidem imperium menſibus octo gerit.

D. VE-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

D. VESPASIANVS AVGVSTVS.

X.

POſtquàm Romuleas ac ſceptra Vitellius arces
Liquit, & Auſonio merſus in amne perit:
Veſpaſianus adit magni faſtigia Regni
Et patriæ ſumptis faſcibus arma tenet.
Huic obſcura quidem cum gentis origo fuiſſet,
Nec foret illuſtri Flauia turba domo;
Primus hic eximijs cumulauit honoribus aulam;
Et genus in ſummos extulit acre duces:
Cuius Pharſalicas acies & bella ſecutus
Pompeio turmas principe duxit auus.
At pater Heluetios dum grandi fœnore preſſat
Alpinos inter fata Sabinus obit.
Hic geminos moriens natos cum matre relinquit
Illuſtres quorum ſcandit vterque gradus.
Alter enim Latio dum ciuica iura miniſtrat:
Maximus vrbano prætor honore fuit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Noſter in Imperij ſubuectus culmina; latè
Regnat, & Auſonijs præſidet acer agris:
Phalacrinenſi qui vitæ exordia fundo,
Junctaq; cum cunis tempora prima tulit.
Hunc priùs Auguſto Lacheſis quàm fila ſecarat,
Ducere Vitales conſtat in orbe dies.
Sic tenui natus ſub conditione parentum,
Gloria Romuleæ proxima gentis erat.
Auguſti quot enim ſuccedunt Cæſaris æuo,
Et retinent Latiæ culmen opesq; domus:
Humanos imitata ſonos fera monſtra fuêre:
Digna nec Auſonijs turba erat iſta bonis.
Italicas donec gens Flauia creuit in arces:
Sceptraq; tu felix Veſpaſiane capis.
Tum verò afflictæ multorum cædibus vrbi
Attulit is medicam Cæſar & auxit opem.
Intereà magnis dum creſcit honoribus æuo
Conſulit, ac varios captat obitq; gradus.
Sâcra Tribunorum complexus iura, feroci
Thracica non durus milite regna tenet.
Poſt vbi Cyrenas & Cretam Quæſtor obîſſet
Mox Latia magnus Prætor in vrbe fuit.

Aßiduus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Aſsiduus Caio fautor, quem numinis inſtar,
Offenſis etiam patribus vſq; colit.
Hinc caſtæ thædas Veneris ſortitus & ignes,
Pectora connubij lege fouenda dedit:
Et tria ſacrato generabat pignora lecto,
Cumq; ſuo fructu ſemen & hora fuit.
Defunctis qui vxore quidem gnataq; ſuperſtes
Manſit, & in certas pectora firmat opes.
Hinc Germanorum Legatus regna petiuit,
Multaq; Theutonici contudit arma ſoli.
Inde Britannorum delatus in oppida, Marte
Sæuit; & ardenti prœlia miſcet equo:
Suppoſuitq; iugo gentes, quarum vtraq; ſummis
Viribus eſt Latio ſæpè petita duci.
Hijs igitur meritis mox ornamenta Triumphi
Atq; Sacerdotum maxima iura capit.
Tum Conſul decreto etiam ſuffectus honori
Fert nulla gratos ambitione dies.
Aphrica ſortitus tandem cum regna teneret,
Pectora non læſo caſta pudore regit.
Triſtibus haud vitijs æuum maculatus; at iſthic
Ingenua coluit dexteritate bonos.

Pauper adhuc igitur Lybicis reuocatus ab aruis
In patriam grandi preſſus ab ære redit.
Hinc Græcas adijt quas aduena viſeret vrbes:
Et latet Argiuis maximus hoſpes agris;
Inuidiam fugiens & ſæui tela Neronis,
Principe Cecropias quo petit ante domos.
Tantiſperq́ latet proprijs vix notus amicis,
Dum ſua pertenui nomina ſorte tegit;
Donec ab Auſonio conſcriptus Cæſare miles
Huius in imperium ceſſit & arma Ducis.
Longa quidem res eſt; ſed quæ ſunt ſumma profabor,
Et tantùm extremo perſequar acta gradu.
Nuncia iam totum vulgarat fama per orbem:
Iudaicis fractam gentibus eſſe fidem.
Atq; auerſari Solymos ea iura Tyrannos
Romuleis dudum quæ pepigêre viris.
Fœdera turbari & minitarier arma rebelles
Syria ne Latio pareat ampla duci.
Præcipuè conſtans memoret cum fama Tonantem
Moliri in Solymis condere regna iugis.
Et libertatem populis iam reddere; cuius
Arbitrio deinçeps maximus orbis erat.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Hæc recutita quidem gens ad ſe oracla trahebat,
Hæcq; rebellandi maxima cauſa fuit.
Qui ſimul ac Latia crebreſcit rumor in vrbe;
Et fecit Auſonios fama relata duces:
Protinus in Solymos curamq; animumq; Latinus
Vertit, & accenſo bella calore parat;
Cum tete Flauij lectum Nero Cæſar in iſtud
Iuſſit opus totas adglomerare manus;
Supremumq; ducem Latijs te gentibus eſſe
Cui tradat fido bella gerenda viro.
Haud etenim ſibi permetuit te principe motus,
Obſcura natus ſorte, quod ipſe fores:
Atq; etiam triſti tua fato vita prematur,
Cùm ſis Argolicis pauper & exul agris.
Hæc igitur cauſa eſt Solymas cur duxit in vrbes
Contractum è patrio Flauius orbe manum.
Quem Titus vnà etiam Gnatus comitatur euntem:
Et patri certam ſpondet & auget opem.
Ergo vbi tranſmiſſum ſuperarunt agmina pontum
Atq; Palæſtini ceſpitis arua tenent:
Quacunq; Auſonius contendit miles, edaci
Omnia peruaſtat tecta domosq; face.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Inq́; poteſtatem multas ſibi Flauius vrbes
Vi trahit, ac celebri nomine multa facit;
Sicq́; rebellantes Romanis arcibus ornos
Vellit, & impulſu robora fracta domat.
Deniq́; nulla quidem non explorata relinquit;
Quo Latijs creſcat Gloria ſumma Viris.
Intereà hijs latè dum Veſpaſianus in oris
Ardua Romani Cæſaris arma mouet;
Occubuit Romæ Nero, ſucceſsitq́; perempto
Galba: nec inuiſas fugijt iſte manus.
Poſt Galbam Latias Otho Syluius arripit arces:
Qui proprio afflictos finijt enſe dies.
Hunc Aulus ſequitur longè molliſsimus. Horum
Dum ſcelerum cumulis factio dira furit,
Multi equidem aut Roma clari ſtudijsq́; potentes,
Aut caſtris magni Veſpaſiane tuis;
Sollicitis Victorem onerant precibusq́; lucriq́;
Fructibus, & querulo ſæpius ore rogant;
Vt patriæ communis opus Latiamq́; ſalutem
Suſcipiat, forti prendat & arma manu.
Oportuna quidem nunc tantis motibus eſſe
Tempora; nunc rectè commoda tela dari;

Se qui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Se quibus in magnos modò vindicet auctus honores:
Et patriæ felix monſtra ſtupenda domet.
Deniq; ſe comites ſubeunda in bella futuros,
Longaq; victoris velle trophæa ſequi.
Ingenio ſaltem Romana palatia iungat,
Subdat & auſpicijs Itala tecta ſuis:
Vt libertatem Tiberinæ vindicet vrbi,
Et Capitolinis pax ſiet aucta iugis.
Has quanquam voces crebreſcere Flauius audit:
Votaq; caſtrenſi ſpargier alta manu
Attamen abſtinuit prudens, paulumq; moratus:
Nulla ſibi temerè conſtituenda putat.
Dicta quidem percepta capit, conſentit amicis,
Et quæ perſuadent vtilitate probat.
Sed differt tamen, ac maturo pectora motu
Librat, & in tutos deſtinat acta dies.
Forſitan exemplis monitus, fatiſq; priorum,
Quos Roma è medio nuper acerba tulit.
Haud ſucceſſu etenim felici aut ſorte teneri,
Quæ iuſta non ſunt ſceptra petita manu.
Expectare igitur tempus, fortuna ſecundum
Quodq; nouo felix annuat eſſe duci.

Atq; hæc ipſa quidem prudens cunctatio; certè
Principium claræ poſteritatis erat.
Nam quantò abſtinuit magè Veſpaſianus honori;
Hoc magis, & cumulo gloria lata venit.
Et mox Hiſtrenſi defertur nuncius ora,
Prodit & electum militis ore ducem;
Atq; ſalutatum iam nomine Cæſaris eſſe
Flauium; & Auſonijs facta probata viris.
Quæ cum Niliacum ſparſiſſet rumor in orbem,
Præfectoq; loci cognita geſta forent:
Protinus accedit properanti commoda turmæ:
Fortibus aſſenſum iungit & arma viris.
Poſteà Iudaicus plenis exercitus alis
Huc Sacramenti vota manusq́; tulit:
Ac par præſidibus ſtudium ac manifeſta Voluntas,
Et Regi Parthos qui moderatur, erat.
Hij non parua quidem neq; tarda iuuamina ſpondēt,
Auſonijs ſaltem Flauius inſtet agris.
Ac facili oblatum comprendat numine regnum:
Certaq́; conſtanti fata labore petat.
Hijs ſuper accenſus fera Veſpaſianus in arma
Proruit, & celeri caſtra furore mouet;

Inq; ſolum tendit patrium Latioſq; penates,
Quà Tybris rutilas flexilis vrget aquas:
Vt libertati & rebus ſuccurrat egenis:
Inq; ſuum ſtatuat Regia ſceptra locum.
Quem manus accinctum non parua laboribus ornat
Sed ſequitur gratum maxima turba ducem.
Italicoſq; ſinus oblataq; mœnia turmis
Intrat, & extincto Flauius hoſte regit.
Qui priùs Imperijs animum quàm deſtinat, orbi
Hunc regnaturum plurima ſigna monent.
Vt primùm Auſoniæ ſucceſsit Flauius vrbi
Sceptra Triumphatis curribus alta tulit.
Læticiaq; ſtrepunt procerumq; virumq; coronæ;
Et reſonant feſtos pulpita ſacra dies.
Tanto equidem plauſu patriæ ſuccedit & arci:
Hæc ſecum Virtus præmia clara vehit.
Mox animum ſtudij transfert communis in vſum;
Liberet vt magno mœnia preſſa malo.
Afflictoſq; lares & ciuica iura quieti
Deſtinat, ac molli ſingula lege beat.
Poſt longos etenim requies hæc prima labores
Quos tulit euerſo Roma decore, fuit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Utq́ fatigato iucundas ſpiritus auras
Ventilat, ac gratis flatibus ora fouet:
Sic defeſſa quidem diuturni ſanguine belli;
Et conflictatis obruta penè malis;
Reſpirant ſubita Romana palatia luce:
Ac reuocat priſcos Curia læta dies.
Hactenus exarſit triſtiſsimus vrbibus ignis;
Nunc Latijs redeunt otia lenta viris.
Primus hic Auguſti poſt Cæſaris aurea vixit
Tempora, qui patriæ poſsiet eſſe pater.
Quiq́ queat merito perhiberi nomine Princeps:
Quòd reliquos prorſus monſtra fuiſſe putes.
Et quia Virtutum magno flagrabat amore,
Virtutes miro veſtit honore Deus.
E populo quidam compreſsi luminis orbus,
Cæſarea reparat lumina tacta manu.
Alter at infirmo cum crure laborat; eodem
Contingente pedem ſanus vtrunq́ leuat.
Quæ miracla noui firmabant principis orſum,
Tutaq́ ſidereo ſceptra Tonante geri.
Ergo vbi progreſſus Latium veniſſet, & ipſa
Iam primas patria Cæſar in vrbe tenet:

Mox

Mox diſciplinæ conceptos deſtinat ignes,
Et fractæ in melius iura ſalutis agit.
Hoc etenim ſtudio iam pridem Flauius ardet.
Vt ſint ſublato publica tuta metu.
Emendare igitur non deſtitit omnia Cæſar,
Et luxata ſuis reddere membra locis.
Cenſuram recipit, multosq́; è culmine Reges
Et multos lauta conditione mouet.
Factio collapſam iam multa attriuerat vrbem:
Et turpem oſtendunt tecta relicta ſitum.
Has celer aggreſſus Cæſar reparare ruinas,
Ipſe humeris etiam raudera ſpurca trahit:
Impenſisq́; nihil parcit, dum nititur vrbem,
In formæ veteres tollere poſſe gradus.
Ardua præcipuè Capitolij culmina Cæſar
Quæ renouet proprio Flauius ære petit.
Cætera diſtribuit ciuili mœnia turbæ
Atq; pares operi ſantijt eſſe manus.
Hoc opus exiguo quapropter tempore creſcit,
Stantq́; Palatinis tecta reducta iugis.
Tum vicina foro Paci ſacra templa peregit,
Et ſtruxit medijs Amphiteatra vijs.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Præcipuos Latio ciues tranſſcripſit in vrbem,
Iugeraq́ accitis æqua colenda dedit.
E quibus expleuit viduatum cædibus orbem:
Quem ſacer è veteri more Senatus obit.
Exturbatq́ viros nihili, fœdosq́ remouit;
Quos varia affectos clade modoq́ fugat.
Creuerat Auſonios inter lis plurima ciues,
Sæpè ſtrepunt Latio iurgia ſæua foro:
Hoc etiam ſedare mali, dum Flauius optat,
Romuleæ magnas efficit vrbis opes.
Ac turpis pactum lucri ſub iura redegit:
Et repeti nulla fœnora lege iubet.
At reliquis quanquam ſtudium damnarit habendi:
Ipſe tamen multas ſtipat auarus opes.
Ac benè rem, quamuis ſit fœdior, inquit olere:
Poſſeq́ vel lotio grandia lucra peti.
Cætera ciuilis, promptoq́ iuuamine clemens:
Et facilem doctis ferre paratus opem.
Tum genus obſcurum primæq́ propaginis orſus
Hunc etiam nunquàm diſsimulaſſe ferunt.
Quin iras animo eiecit vicitq́ furorem,
Et poterat ſtolidis addere fræna minis.

Otia

Otia damnabat, minimumq́ indulſit inani
  Somno; quæ ratio eſt ſola ſecunda bonis.
Mane igitur lecto cum ſurgeret, iſta legebat
  Quæ ſunt heſterno reddita ſcripta die.
Mox liber curis ſolitos admiſit amicos,
  Atq; poteſtatem cominus ire, dedit.
Hos inter primas quia Plinius ipſe tenebat;
  Adfuit, & magno principe iuſſa facit.
Deniq; nec Danaæ faſtidit drammata linguæ:
  Multaq́ ſunt huius prodita græca Viri.
Vtq́ erat hic doctus doctos ita Cæſar amauit,
  Largaq́ diuinis Vatibus æra dedit.
Ergo hominum tanto cum viueret vnus honore;
  Propitio credas fata peracta Ioue:
Qui claris ſolus cumulat virtutibus illos,
  Cœlica quos ſummis deſtinat aula bonis.
Corporis egregio cultu facieq́ nitebat,
  Et validis pectus fulcijt acre thoris.
Tandem vbi fatales ſecuiſſent ſtamina Parcæ:
  Ac foret excurſo meta futura trocho:
Inijciunt etiam dextras in Cæſaris æuum:
  Et ſtringunt tacitis illita tela malis.

Campanis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Campanis igitur cum Flauius egit in aruis,
Prima quidem Stygiæ ſentijt arma Deæ.
Tum Romam properat. Sed mox diſceßit ab vrbe
Inq́; Reatinum tranſiit æger agrum.
Quo morbi vires æſtumq́; vt ſentijt, aluo
Vim purè gelidis intulit ipſus aquis.
Cumq́; animi curis nil parceret officijsúe;
Expediat medio quin ſua iuſſa thoro.
Conſciuit vitæ finem, ceßitq́; vocanti
Quæ parcit nullis imperioſa, Deæ:
Teſtaturq́; ducis ſummi non eſſe, cubando
Cum iam ſunt vitæ tempora lapſa, mori.
Ergo vbi conſurgit, cubitoq́; innititur, inter
Aſtantum placidas deficit ipſe manus.
Cum nonus, deciesq́; & ſextus finijt annus,
Quos ter agit decimos hebdomas vna dies.
Imperij at faſces cum per duo luſtra tuliſſet:
Dura ſub ardenti condidit oſſa rogo.
Inſignis Latio Princeps, dignusq́; nefaſtas
Cui non inijceret Parca maligna manus.

TITVS

TITVS VESPASIANVS.

XI.

OPtimus vt triſti concedit Flauius vmbræ,
Optimus Imperij gnatus in arma venit.
Delitiæ populi nam cum Titus eſſe feratur
Auſonidum, & magni maximus orbis amor;
Virtutum ſtudijs certum eſt clareſcere vitam:
Et florere ſacro geſta ſecunda bono.
Ergo is, iam magno de principe natus; vt aui
Iacta foret ſuperis alea grata Dijs:
Protinus excelſis animum puer artibus omnem
Deſtinat, ac Muſis pectora læta ſacrat.
Indole mox prima charus, quem Romula pubes
Miretur; patrij ſuſpiciantq́ue duces.
Cæſareo iuueni cui culta Britannia nomen
Fecerat, & mortem mixta cicuta dedit;
Communi iunctus ſub præceptore merebat
Noſter, & ingenio præmia pulcra tulit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Quorum ne veniens obliuio mutua poſſet
Pectora funereo diſſoluiſſe rogo;
Ipſe parentando ſtatuam Titus, aurea fertur
Munera non humili ſtructa dicaſſe loco.
Sic ergo à puero nituerunt optima claræ
Indolis, & grati ſigna decoris erant.
Quæ Virtus equidem gradibus mox creuit honeſtis:
Longaq́; præluſtri gloria laude fuit.
Omnibus ingenium promptumq́; feraxq́; beatis
Artibus, & quouis fingier acre bono:
Vnde quidem Graiæ ſtudium Latiæq́; loquelæ
Venaq́; fundendis verſibus æqua venit.
Inſignis formæ ſpecies, cui plurimus eſſet
Et decor, & multis gratia culta bonis.
Haud procera quidem tendebant viſcera neruos,
Attamen egregio robore firmus erat.
Militiam Paciſq́; artes doctusq́; palæſtram
Veloces poterat flectere dexter equos.
Vxores duxit generis ſplendore verendas:
Eq́; ſua gnatam poſteriore tulit.
Inde Tribunus obit Germanæ ſigna cohortis;
Hocq́; Britanniacos munere rexit agros.

Quo

Quo gratam officio famam nomenq́; modeſtum
Rettulit, integri præmia magna viri.
Haud facilis Regum metitur ſemita Vitas:
Nec promptum eſt dubiam flectere poſſe ratem;
Seu tempeſtates metuat, ſeu littora Syrtis.
Qui medium poſsit ſtringere, rarus erit.
Hinc vbi Quæſturæ perfunctus honoribus eſſet,
Iudaico vicit mœnia bina Solo.
Inq́; poteſtatem redigit, Latiumq́; ſubire
Victa iugum, & frænos ſumere colla docet.
Intereà Galbam fama eſt in ſceptra vocari:
Hæcq́; ferit Tyrias protinus aura domos,
Progreſſusq́; loco recutitas venit in oras
Rumor, & in Solymis conſtitit altus agris.
Quem poſtquam plena iam Flauius accipit aure,
Liberaq́; extincto ſceptra Nerone dari:
Mox gnatum mittit, gratatum regia Galbæ;
Votaq́; qui ſtudio non dubitante, ferat.
Ille abit, ac medij fluctus ſalis ære ſecabat:
Ac citus Ortygiæ littora curua legit.
Perq́; fretum Græcas properans tranauit in vrbes,
Quà petat Italicos curſibus acer agros.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Vtq́ iter expedijt, homines permouit: eiq́
Gratantur ſolidos in ſua vota dies.
Conſtanter ſiquidem iam Galba rege vocari
Crediderant; tradat cui ſua regna ſenex,
Forſan adoptandum quòd publica fama ferebat:
Qui deinceps gnati iusq́ locumq́ gerat.
At poſtquam ſæuis agitata tumultibus arma
Rurſus, & implicitos audijt enſe lares:
Diſtulit Auſoniam contendere; fræna reflexit,
Inq́ alias prudens carbaſa vertit aquas.
Creta Iouis magni, peragrato maxima Ponto
Vrbes quæ centum fertur habere; iacet.
Hîc Paphus & Veneris lucus, ditiſsima myrtus
Templaq́ Acidaliæ condita pulcra Deæ.
Quem petijſſe locum ſcindentibus æquora remis
Dicitur, & medio vota dicaſſe ſalo.
Tum quæſiſſe Titum, num curuis rura carinis
Et peteret Latias patre iubente domos?
Sed retuliſſe Deam: ne tu fera littora longæ
Italiæ: at Solymos i pete rurſus agros.
Tempus erit quo tu Latio dominabere victo
Cæſar, & hoc magno gratus in orbe ſies.

Protinus ergo Titum Solymos reperiſſe penates:
   Bellaq́; ſub magno continuaſſe patre.
Intereà Romam multi afflixêre Tyranni:
   Et multis ſua ſunt reddita iuſta malis:
In patriam cum te proceres diuine vocarint;
   Vt tradant Latias Veſpaſiane domos.
Conſtituantq́; ſuis tutelam ciuibus: Hunc quòd
   Te vtiliter ſperent carpere poſſe locum.
Ergo vbi iam latè turbarat milite pubem
   Iudaicam, & Syrijs fulminat enſe iugis:
Principibusq́; foret rapiendi obſeſſa facultas,
   Omnia quòd victas tendere viſa manus:
Nuncius en ſubitò Latijs tranſmiſſus ab oris
   Vt redeas, tete Veſpaſiane monet.
Reſtitui Romam te principe poſſe. quid? Aulum
   In te etiam triſtes accumulare minas.
Et cunctas armare manus, excire phalanges;
   Quo tete aduectum cominus enſe premat:
Tu vero accedas; & qua mox ſorte fruare;
   Propitio cupias perdidiciſſe Deo.
Hijs igitur ſeſe cauſis precibusq́; moueri
   Paſſus, in Auſonios intulit agmen agros:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Aduentuq; Aulum turbat: quòd fœdera paci
Haud ſarta oſtenſæ Flauius eſſe ſinat.
Poſtquam diſceßit tam longa per æquora vectus;
Romuleamq; petit Cæſar amicus humum;
Mox commiſſa parat Gnatus deducere bella,
Altaq; ſub Solymis caſtra locare iugis.
Cingere concluſam fatalia mœnia gentem:
Atq; æquata ſolo vertere tecta ſtudet.
Hic agitat ſtolidas concurſus & hora cohortes:
Multaq; fatali corpora ſtrage cadunt:
Donec & euerſos deſtruxerit aduena muros:
Obruat ingratas & ſua flamma domos.
Sic igitur fuerit toto quæ maxima mundo
Diruitur, miſeris Vrbs lacerata modis:
Opprimiturq; fero populus ſub Marte, ruuntq;
Zorobabelea condita templa manu.
Poſtquam res Aſiæ Solymamq; euertere gentem
Dijs viſum, & populos ſpargere cura fuit:
Jnclyta Romanis acceßit gloria rebus;
Totaq; tam clarum prædicat aula ducem:
Auſpicijs cuius res tanta effecta Latinis,
Maximaq; Auſoniæ præmia gentis habet.

Haud

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Haud igitur ceſſare cohors, quin Cæſaris arma
  Conferat, ac ſummo donet honore Titum.
Reppulit ille datum, ac fortis diademata ſpernit:
  Seq́; parat Latias velle redire domos:
Præſidium cum rauderibus poſuiſſet & aruis:
  Ne ſceleris quicquam turba relicta nouet.
Aſt diſcedentem precibusq́; minisq́; rogabat
  Miles, vt aut præſens caſtra ſecunda colat;
Aut ſecum cunctos abducat, nulla ſalutis
  Præſidia amoto principe tuta vident.
Suſpicio hinc nata eſt arrepti lubrica regni:
  Quæ tamen euentu iudice falſa fuit.
Namq́; amor hunc populi retinet, comitumq́; querelæ
  Et mens recta ſuis ſæpè probata bonis.
Judaicas ſed enim cum victor deſerit vrbes;
  Niliaci petijt rura beata ſoli.
Hic voto obſtrictus pateris libauit & auro,
  Multa Ægyptiacas hoſtia tingit aquas.
Inde pererratum tranſmittit nauita pontum,
  Et citus Italici littoris arua legit.
Brutia per, curſus Romanam flectit in vrbem:
  Et celer admiſſo cum patre fatur, equo.

Veni,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Veni, inquit, Soboles genitor tibi prodita, veni;
Cunctaq; ſunt iuſſu facta peracta tuo.
Nec mora Romano ſolennem more Triumphum
Præcipit, & niueos Flauius vrget equos.
Quo cum patre quidem curru ſubuectus eburno
Caſtra palatini filius alta petit.
Ex illa certè meditatur luce ſalutem:
Et toto Latios promouet aſſe viros.
Multa Magiſtratus diuo cum patre miniſtrat
Munera; nec paucis officioſus erat.
Interdum tamen inciuilis & aſper agebat:
Multaq; non leni pectore geſta probat.
Hoc tamen ipſum etiam creſcenti mutat in æuo:
Indolis & ſæuæ ſemina dura premit.
Et quamuis fuerit ſuſpecta libido; ſimulq;
Hunc ſub Auaritiæ crimine fama notat:
Vt fit, dum Virtus mendacibus obruta dictis,
Plurima venturæ commoda laudis alit:
Ipſe tamen vanas hominum docet eſſe loquelas:
Veraq; ſub falſo ſæpè furore tegi.
Indicio virtus fuit & ſanctiſsima Vita,
Cuius erat caſto iuncta Corona bono.

Poſtquam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Poſtquam ergo imperij defuncto ſceptra parente
  Prendit, & Auſonias acer adibat opes;
Mox ſeſe ingenij lux prodidit alta beati,
  Quæ priſci laruas criminis vna fugat.
Nil etenim hoc melius poſſedit principe Roma,
  Non alius Latia maior in vrbe fuit.
Summa animi probitas, moderataq́ pectora claram
  Rupe ſub hac ſolida conſtituere domum.
Ardua frugalis vitæ menſura, decensq́
  Et niuea clemens dexteritate manus.
Manſuetus, facilisq́ & multo commodus vſu,
  Atq; ſuis gratam ferre paratus opem.
Isq́ erat è cuius vox iſta frequentiùs ore
  Prodijt, & latè gentis in aure ſonat;
Perdier hanc lucem quæ non tribuatur amicis,
  Officijq́ nihil ciuibus acta tulit.
Cum reſponſa daret, ſolitus fuit addere dictis
  Quæ promiſſa animos poſſe fouere ſciat.
Id quamquam famuli moneant, quòd plura ſubinde
  Promittat, quàm quæ reddere facta queat:
Reſpondiſſe ferunt; vllum diſcedere triſtem
  Principis à vultu non decuiſſe virum.

Comis erat, nec cuiquam etiam quæ magna negabat:
Nactaq́ꝫ ſunt iuſtum iuſta petita locum.
Vrbis hic incenſæ contractas igne ruinas
Cernit, & informi tecta peruſta rogo.
Cernit & ardentem flammarum mole Veſeuum:
Saxaq́ꝫ permixtis ignibus acta videt.
Aſt in ſe quodcunqꝫ fuit damniue maliue
Tranſtulit; hic fractas reddidit vnus opes.
Reſtituitq́ꝫ truci vaſtatos igne penates;
Eq́ꝫ ſuis reficit publica multa bonis.
Nonnunquàm morbis cum conflictatus haberet
Peiùs, & aduerſo confouet oſſa thoro.
Pæonias fertur coluiſſe impenſiùs artes,
Et medicam celebri laude tuliſſe manum:
Sæpeq́ꝫ ſacrifico fatum perquirit ab igne:
Sæpè ſub herbarum tentat & iſtud ope.
Deniqꝫ nulla ſinit ſibi prætermiſſa videri;
Quæ vitæ noxam tollere iuſta queant.
Hic delatores rabido cane peius & angue
Horruit: hoc clauſa reppulit aure genus.
Non auerſatus ſolùm fœdiſsima monſtra,
Verùm etiam nocuos legibus eſſe iubet.

Fuſti-

Fuſtibus iccircò cæſos portauit in oras
Quà preſſant geticos frigora dura Tomos.
Cætera clementi nimiùm fert omnia vultu,
Seq́ꝫ ſuos facilis perdere poſſe negat.
Ergo affectati conuictos crimine regni
Hoc vtrumqꝫ ſatis commonuiſſe fuit:
Regna dari fato; nec quemquam cæde Monarcham
Imperio gratos carpere poſſe dies.
Jn manibus retinere deos ſceptrumq́ꝫ domosq́ꝫ:
Horum igitur nutu ſceptra domosq́ꝫ dari.
Quin fratrem ſimili deprenſum labe, monebat:
Fruſtrà etiam tendi retia iniqua bonis.
Hos etenim ſuperis defenſum ſedibus iri:
Jmproba nec iuſtos perdere tela ſinunt.
Quapropter lacrymis nonnunquam et voce precari,
Officio vt tandem mutua corda ferat.
Hic vitæ curſus: hæc maxima principis æqui
Meta fuit; mox qui vincula mortis adit.
Finitis etenim ludis; quibus ante Senatum
In lacrymas fertur diſſoluiſſe genas;
Protinus excedens Romana ex vrbe, Sabinos
Junctaq́ꝫ vicino limite rura petit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Triſtior, & ſubito ſtupefactus pectora caſu;
Hoſtia quòd medias effugit alba manus.
Quodq́ ſerena dies glomerata tonitrua cœlo
Viderit; & dextro fulſerit igne polus.
Mox febrem nactus lectica ſe inde referri
Inq́ Reatinum ſiſtier optat agrum.
Eq́ via cœlum ſpectans queſtusq́ ſubinde,
In ſe crudeles clamitat eſſe deos:
Quòd vitam eripiant non talia fata merenti;
Nec teneat ſæuas impia Parca manus:
Vno ſe tantùm lacerari crimine; Verùm
Id produnt nullis ſcripta diſerta notis.
Sic igitur genitor qua pridem ceſſerat, illa
Hic vitæ dubios exuit vrbe gradus.
Sceptra duos poſtquam menſes tenuiſſet & annos;
Ac geminat decimum Phœbus Apollo diem.
Octo vbi finiſſent properantem luſtra iuuentam:
Alter & exactos duceret annus equos.
Quem ſi Roma ducem tenuiſſet; fortè ſequentis
Flagitia haud poterat permetuiſſe Viri.

FLAVI-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

FLAVIVS DOMITIANVS.

XII.

VT Titus incertis exceßit curſibus æui,
Splendidulosq́ truci liquit in orbe dies.
Flauius arripuit Romanas Cæſar habenas:
Et molles tenuit Domitianus opes.
Mirum nulla bonis coniuncta perhennibus eſſe;
Raraq́ perpetuis vſibus aucta dari.
Scilicet è pingui ſterilis quoq́ ſurculus aruo
Prouenit, ac gratam fallit ineptus humum.
Ceu patriam ſoboles virtutem fœda relinquit,
Diraq́ contempto multa parente facit.
Hunc nihili truncum quis tali germine naſci
Credat, & his mixtas ſentibus eſſe roſas?
Improbus imperij tituloſq́ capeſcit & arma;
Et vitæ numeros ſæua Tyrannis alit.
Id mox ætatis primo de flore notari:
Qui ſenis acta graui lance videnda dabat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Immenſo rerum minuit ſua pondera luxu,
  Diuitiasq́; mala perdidit arte bonas.
Nil habuit ſacrum penſi turbaſſe parentem;
  Nil fratri inſidias diſpoſuiſſe Tito:
Hijs ſed adhuc pariter ſupera veſcentibus aura
  Ipſe quidem ſcelerum geſtijt eſſe reus:
Hancq́; ſibi laudi ducit primamq́; coronam:
  Flagitijs plenas turpibus eſſe manus.
Ingenio quamuis miro ſimularit honeſtum;
  Vanaq́; fucati ſigna pudoris alat.
Quem ſi Germano quis conferat; omnia cernet
  Quæ ſint diuerſo facta locanda gradu.
Vt niueos etenim promptè ſecat ille colores
  Cognita cui fuerit linea nigra Viro.
Sic vitium facili collucet imagine, quando
  Oppoſitum virtus ſtrinxerit æqua latus.
Summa Tito fuerat niueæ moderatio vitæ:
  Primaq́; iucundæ gloria mentis erat.
Huic contrà diues ſtudij ſentina nefandi,
  Atq́; inerat tecta maximus arte dolus.
Qui pleno ſcelerum ſubuectus gurgite; riuo
  Haud equidem tenui pectoris arua rigat.

Quare

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Quare conſilijs petulans, temerarius, audax,
Omnia præcipiti facta calore gerit.
Irrita Germanis Gallisq; ferocibus arma
Mouit, & Auſonio territat enſe duces:
Quos nulla virtute quidem pertentat & vſu;
Quòd nihil educto milite Cæſar agat.
Cauſa mali tantùm faſtus fuit huius & ira,
Inuida fraternis quæ dolet aucta bonis.
Improba multa mouet; ſedenim pater arcta feroci
Intulit, ac vario fræna miniſtrat equo.
Qui ſimul ac morti conceſſit: bella dolosq;
Protinus hic fratri multaq; damna ſtruit.
Inſidias ſedenim Virtus fraterna diremit:
Excuſſit ſtolidas gloria firma manus.
Flauius hac igitur correptus ſorte quieuit:
Et vafer ingrati pectoris acta premit.
Quanquam voce quidem tumidus perſæpè; relictum
Imperio ſeſe dixerit eſſe patris:
Hoc Teſtamento ſed factam nomine fraudem;
Cederet vt fratri Regia celſa Tito.
Nec ſatis inſidias viuo ſtruxiſſe dolosq;
Aut tacito exitium condere Marte fuit;

Ni

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Ni grauis in vitæ, fatorum ac luminis orbum
E non fraterna conditione foret.
Vix etenim tenuis fratrem languere ferebat,
Obſcuris etiam prodita fama notis:
Hunc cum deſerier, caſſum quaſi lumine mandat;
Et pro neglecto corpus id eſſe iubet.
Quem pòſt non alio ſpreuit dignatus honore:
Funereo tantum condidit oſſa rogo.
Hijs ergo vitæ auſpicijs fœdaq; iuuenta
Flauius imperij Cæſar in arma venit.
Conſulis intereà munus tamen ipſus obibat
Sæpiùs, ac aliquo clarus honore fuit:
Sed quos fratre quidem faſces cedente ferebat:
Sic diros Virtus fœnorat alma viros.
Imperij ſceptris igitur qua luce potitus
Multa nouis teter moribus aucta dedit.
Principiò volucres ſolitus configere muſcas;
Intulit in tales ſcommata nigra manus.
Poſtea Domitiam lecto prohibebat & vſu:
Quòd ſub Adulterij labe notata foret.
Cum turpi conſuerat enim tam diues amico
Femina: Cæſareis prætulit iſta thoris;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Vt ſit, cum vitijs ſubmergit adultera lumbos:
Ex quouis quaſuis flumine potat aquas.
Hanc tamen exactam, priſco ſuccenſus amore
In veteres reuocat membra repulſa thoros.
Sic dubius vario meditatur plurima ritu:
Imperij conſtans nec ſua fræna tenet.
Libera nonnunquàm partitus munera vulgo,
Prælargi meruit nomen habere viri.
Mox verò hamata dum diripit omnia dextra;
Cæſar auaritiæ crimina turpis obit.
Interdum ſæuus ſceleratos exigit enſes:
Interdum ſtricto mitis in enſe fuit.
Hoc igitur dubio dum publica more gubernat:
Omnia ſolliciti plena timoris erant.
Vt verò populi leniret pectora: ſæpè
Spectaclis totos deſtinat ire dies.
Ac reliqua quamuis vitaq́; infamis & vſu;
Hoc tamen egregiè clarus honore fuit.
Dummodò mirari fas ſit, Virtute relicta
Quæ ſibi funeſtus facta Tyrannus amat.
Auguſti poſt ſecla quidem ſpectacula nullus
Vel tot vel tanto prodigus ære dedit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Nam priſci generis ludos, ritusq́; vetuſtos
Cognitaq́; antiquis acta reduxit auis.
Nauales pugnas & Quinquennalia; quæque
In Circo fieri ludicra ſueta, nouat.
Tum verò & græcè celebrari Scenica iuſsit:
Mixtaq́; Cecropijs lingua Latina fuit.
Plurima ſub varijs certamina motibus edit:
Ipſeq́; vel medijs imbribus acta videt.
In populos nummos & congia plurima ſparſit:
Cui menſas etiam ferclaq́; lauta dabat.
Miſsile coniecit. Sed enim quia maxima vulgo
Pars cadit, & plebi portio prima venit:
Ipſe Senatorum numeris Equitiq́; ſeorſim
Splendida non tenui munera ſorte iacit.
Deniq; non vllis parcit ſtudiiſue iociſue;
Quò ſibi Romanas contrahat vnus opes:
Ac meritis populum iungatq́; recentibus vrbem:
Condat vt in tutos fræna recepta dies.
Prima nec infauſto ceſsit via numine. poſt ſe
Ad deformatæ rettulit vrbis opus.
Multa quidem flammis prope deſolata ruebant:
Tectaq́; Vulcano depopulante iacent.

Flauius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Flauius hæc igitur reparata æquauit honori:
Quo ſteterant primo culmina ſarcta die.
Sed procliue modum non eſt tenuiſſe Tyranno:
Omnia qui falſo fine gerenda facit.
Nam reparaſſe quidem quæ diruta pulcra fuiſſent,
Præcipui factum dixeris eſſe viri.
Omnia ſed proprio ſub nomine geſta referre:
Id mordet longis Romula turba notis.
Et ſanè haud dignum eſt collapſa ita reddere luci;
Ut ſimul & veterum facta perire velis.
Inſcribasq́; nouis quæ ſunt antiqua tabellis:
Priſcaq́; deradi nominis acta ſinas.
Gratia ſemper ineſt veterum conatibus: iſtam
Tollere, opus praui dixeris eſſe viri.
Hinc animi curas Cæſar conuertit ad arma:
Longaq́; Romuleis prœlia tentat equis.
Primum difficiles agitabat milite Cattos:
Et Germanorum turbat acerbus agros.
Mox bello fudit quas Sarmatis ora cohortes
Explicat, & lato robore ſigna mouet.
Hinc Dacum indomitum poſt prœlia multa repreſſit:
Cogit & in Latiam pectora dura fidem.

E Daco & Cattis geminos ſtatuiſſe Triumphos
Conſtat, & in plauſus tecta ſoluta duos.
Sarmatico tantum ſuſpendit munus ab hoſte:
Et Capitolino laurea ſerta Ioui.
Lucius hinc bellum mouit Ciuile; ruendo
Quâ fundit ſuperas gurgite Rhenus aquas.
Id verò mira confecit Flauius arte:
Telaq́ꝫ felici contudit iſta Deo.
Plurima communi rerum correxit in vſu:
Magnaq́ꝫ laudato crimina more vetat.
Hactenus extructa ſaltauerat Hiſtrio ſcena,
Pœnaq́ꝫ turbati nulla pudoris erat.
Hos vſus Cæſar dum Flauius amouet; intra
Priuatas iuſsit condier iſta domos.
Mangonum ſcelus articulis adſtrinxit honeſtis
Spadonesq́ꝫ graui vendier ære vetat.
Caſtrariq́ꝫ mares edicto cauit; & vſu
Maſcula tam turpi membra ſecanda negat.
Vitibus inde modum ſtatuit; Cereremq́ꝫ colendam
Mandat, & impenſis frugibus arua ſeri.
Præterea magno ius Cæſar acumine dixit:
Iudicioq́ꝫ pias iuſsit adeſſe manus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Eq́; foro prudens incommoda multa remouit:
Irritaq́; oppoſitis legibus acta facit.
Ipſe Magiſtratus etiam ſub iura redegit:
Frænaq́; non iuſtis inijcit arcta viris.
Inde Theatrales Equiti partitur honores:
Et quo ſpectando ſideat orbe, monet.
Impuros etiam damnauit voce libellos,
Fama quibus nigro ſpargitur alba ſale.
Deniq; lectica ferri ne femina poſſet,
Publica quam fœdis euehit aura notis.
Poſtremò curam Veſtales vertit ad ignes:
Virgineosq́; graui corrigit enſe dolos.
Infoſſas aliquot ſub terram merſit, & harum
Ardua flagitijs pœna repenſa fuit.
Tum Latiæ pietatis amans conſueta Deorum
Numina ſub patria relligione colit:
Haud veritus monumenta etiam conuellere; ritu
Quæ non ſolenni ſtructa fuiſſe videt.
Princeps egregiè Clemens, quo tempore primos
Imperij faſces ſceptraq́; celſa gerit.
Hic Delatores odio auerſatus & ira,
Haud facilè exitium Regibus eſſe tulit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Et qui non tales caſtigat verbere Princeps:
Inuitat blandos, noxia monſtra, lupos.
Hæc ergo haud ſpernenda quidem ſunt Cæſaris acta
Et quæ vix aliquo carpier ore queant.
Cætera diuerſo peraguntur tempora lapſu,
Merſaq́; ſub vitijs portio multa fluit.
Non etenim incepto virtutis manſit in vſu,
Nec ſua conſtanti facta tenore regit.
Protinus at ſæuas animo cumulauit Erinnes,
Obruta crudeli pectora Marte gerit.
Improbus effudit confertas criminis vrnas;
Multaq́; deformi corpora ſtrage necat.
Præcipuos Latio proceres; vrbisq́; parentes
E medio, triſti ſæuior enſe rapit.
Nec mortis cauſas reliquorum more Tyrannûm
Quas poterat iuſtas fama probare, refert.
Tartareis ſed enim Furijs agitatus & auſu,
Omnia permixto fata dolore mouet.
Innocuum texit Reuerentia nulla Senatum:
Quò minus hîc multa portio morte cadat.
Pignus amicitiæ veteris nunc omne reſciſſum eſt;
Quæritur & ſubitæ cauſa modusq́; neci.

Hinc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Hinc ergo educto ſeuum furit enſe Tyrannus
  Sanguineoq́ cauas proluit amne vias.
Nec ſimplex fuſi ratio eſt aut cura cruoris:
  Multa equidem Auſonius ſanguis ab arte fluit.
Hic caput obiecit properanti fata Sariſſæ
  Et pronum exciſo gutture corpus agit.
Alter at affixus furcato corpora ligno
  Intulit innocuæ funera dira gulæ.
Hunc grauat exilio; hunc canibus lacerãtibus addit:
  Hunc ſæuis perimit ſæuior ipſe vadis.
Anné nouum taceam crimen? licet ipſa recuſet
  Ferre mihi, & toto pectore Muſa gemat;
Protulerim. Scelus eſt, priſcisq́ ignota Tyrannis
  Culpa; ſed hoc tandem culpa reperta duce.
Corporis obſcenis immiſit partibus ignes,
  Membraq́ naturæ tecta, calore premit.
Internisq́ vrit latitantia viſcera flammis:
  Qua nunquam maior pœna reperta fuit.
Phallaridem vicit, vicit Buſyridis aras:
  Et Diomedeos vicit acerbus equos:
Tormenti ſuperat forma & ratione modoq́:
  Durius in toto quo nihil orbe putes.

Attamen

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Attamen vt vitæ tortura eſt maxima; ſic hanc
Soluere nequicquam flammula tarda poteſt.
Sed cruciatum auget lentoq́; fatigat ab igne:
Internos torret dum nocitura ſinus.
Flagitijs igitur minor eſt Mezentius, iſto:
Mortua cui viuis iungere cura fuit.
Hinc Gnatum, vano tantùm rumore peremit;
Cauſaq́; non miſeram promouet æqua necem.
Mox patruo genitum ſimili iugulauit in æſtu:
Nullaq́; producto finis in enſe fuit.
Quocunq; incedit maculatas ſanguine dextras
Hirtaq́; ſubſperſo brachia Cæſar habet:
Cædibus illuſtris procerum: quorum ipſe cruorem
Hauſerat; ac miſeris ſtrinxerat ora modis.
Hanc ne quis morum feritatem carpere poſſet;
Italia doctos iuſſit abire viros.
Et tamen aſtutus nimiùm ſua perfida celat
Facta animi; & blando virus honore tegit.
Compellare etenim molli quemcunq; loquela
Mos erat, ac hilari toxica fronte dare.
Inſidias cuiquam ſtruxit? ſermone fefellit:
Et miti certos occulit ore dolos.

Intentat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Intentat mortem? molliſsima dicta reponit,
  Et patrios redolent guttura cauta ſonos.
Idq́; adeò vt patribus tandem ſuſpectus haberi
  Cepit; in hijs certam moribus eſſe necem.
Et nil præſtari venturæ certius vmbræ,
  Mollia quàm blando Cæſaris ore dari.
Tetrius hoc quamquam nil poſsit more referri:
  Nec minùs humanum quæ genus acta decent.
Spiritus id Stygiæ rector nigræq́; paludis
  Factitat; ac ſuam noxia voce tegit.
Isq́; aliud loquitur mendaci dirus ab ore:
  Quando aliud ficto pectore virus alit.
Cuius alumni equidem Phaleratis nigra loquelis
  Et velut affuſo melle venena ſerunt.
Cæſaris eſt, quæ vera loqui: quæ vera loquutus
  Exequi; & haud ficta fallere voce bonos.
Haud pœnas transferre malis; neq; præmia rectis.
  Hijs aduerſa, pij Principis eſſe neges.
Talibus aſt noſter cum moribus Italus eſſet,
  Multum improuiſo ſanguinis enſe tulit.
Nec modò crudelis, prædam ſed auarus in omnem
  Quam rapit, & multas depopulatur opes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Sub fiſcum redigit quocunque ex iure dolóue,
Quæ bona non fiſco debita iure forent.
Maxima Iudæis tum pœna eſt aucta: nec vlli
Parcitur; ætatis cura nec vlla fuit.
Moribus hijs tandem coniuncta ſuperbia; triſti
Supremum cumulat conditione malum.
Quam fortaſſe colit; vitiorum exemplar vt omnes
Perfectum hunc merito dicere iure queant.
Mitto Senatorum contemptus; Nomina regum;
Et quæ Acclamando Scenica turba dedit.
Sint leuia hæc; & amata viris, quos gloria verſat
Haud mala; quos populi lingua fauentis alit:
Sed quòd Epiſtolijs dominumq; Deumq; vocari
Mandet, & hoc prorſus ſe velit ore coli:
Pectoris id faſtum vanosq; coarguit ignes:
Atq; animo Stygias monſtrat ineſſe faces.
Nulla deos ſed enim magnos iniuria fallit:
Nec fruſtrà cœlos ſcommata tetra premunt.
Mox etenim in foribus funeſtæ præmia linguæ
Productam vitijs conſtituere necem.
Nec Germana quidem pietas, neq; patria Virtus
Impediunt, diro quo minus enſe cadat.

Exoſus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Exoſus ſiquidem populo feritate, peribat:
Juſtaq́ꝫ conclaui fata patente ſubit.
Nec mortis genus aut tempus vitare valebat:
Chaldæa quamuis cognita damna fide.
Aſt horreſcebat iam pridem cuncta, ſibiq́ꝫ
Haud dubitat dira condier atra manu.
Quaq́ꝫ frequens ſolitus medijs ſpaciarier horis;
Multa equidem ſpeculi cruſta nitere iubet:
Sic gemmis aptata, vt quæ poſt terga referrent:
Prodat & horribiles lamina clara dolos.
Sed neqꝫ cura Virum, neqꝫ præſcia damna tuentur;
Cum triſti ſcelerum pondere fata gerat.
Ergo vbi iam Stephanus mendacia multa profeſſus
Cæſaream fidens conſtitit ante domum;
Jntromiſſus, adit iam prodita Principis ora:
Tradit & audaci ſcripta legenda manu.
Haud auerſatus quæ tradita Cæſar, aperto
Corripit & vultu non dubitante legit.
Proditor at Schedis intentum vt perſpicit; altè
Jnguina trans gladio mollia membra fodit.
Jnde reluctantem plures comprendere; qui ſe
Hîc celeri ſocios eſſe dedere manu.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Vulneribus ſeptem iugulatus obibat; & atros
Finijt hac miſera conditione dies.
Imperium tria luſtra dabant: duplicata ſed augent
Ætatem, hijs prudens ſi tria luſtra feras.
Defuncti corpus turpis Veſpillo fatigat:
Et maculat fœdis inclyta membra notis.
Phyllidis aſt tandem nutricis Marte ſepultum
Ac cura, patrijs molle quieſcit agris:
Illatum templo quo tum gens Flauia dormit;
Hocq́ tuos cineres Domitiane tegit.
Corporis egregio Cæſar ſplendore nitebat:
Formaq́ Romuleo principe digna fuit.
Caluitio ſaltem deformis; at ore pudicus:
Cætera ſub vitijs penè ſepulta iacent.
Alea nonnunquàm poſt multa negocia feſſum;
Et recreant varij pectora mœſta ioci.
Effuſus Veneris turpiſsima caſtra ſecutus,
Se quibus inuiſum moribus eſſe dedit.
Extinctum proceres igitur diuusq́ Senatus
Vt meritum grata triſtia mente probat.
Miles at haud ſimili perfecta ea voce ferebat
Funera: multiplici facta dolore gemit:

Exar-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Exarſitq́ ira; quam vix compeſcere multis
Intereà precibus Roma nefanda poteſt.
Cuius & ante necem Capitoli in culmine Cornix
Eſt benè, cum nequeat dicere; dixit, erit.
Sic igitur Cæſar vicijs dum ſe omnibus infert,
Proditus Auſonio Flauius enſe perit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

IMPERATORVM ITALICORVM CLASSIS II,

A CÆSARE NERVA vſq; ad Alexandrum.

NERVA.

I.

IMperio melior ſucceſsit Nerua; per omnes
Cui dederat Virtus altius ire gradus.
Contigit Auſoniæ nihil hoc felicius vrbi:
Quo veteres ſpectat principe Roma patres.
Id ſaltem lacrymis dignum fortaſſè videri
Poſsit; in has ſenio venerit auctus opes:
Et iam vergenti quòd tradita culmina vitæ,
Nequicquàm effæta tentet honeſta manu.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Quæ tamen intereà ſub pondera iuſta redegit;
Immenſa prorſus condita laude vigent.
Cum meritis populus Furijs commotus & ira
Deijceret ſtatuas Domitiane tuas:
Hîc ſibi nec fuluo pretioſas Nerua metallo,
Nec claro ductas ponier ære ſinit.
Eximia Princeps Virtute ea facta ſecutus,
In quibus æternos credidit eſſe dies.
Officijs igitur contendere ſuetus; in omnes
Effudit diti commoda lance bonos.
Vtq; alius ſeſe crudelibus extulit armis:
Sic decus hic miti pectore Cæſar habet.
Aſſerit, iniuſtè damnatos anteà ciues:
Et pulſos fertur reſtituiſſe loco.
Quosq; etiam vidit Dominis ſtruxiſſe miniſtros
Inſidias, merito protinus enſe ferit.
Et mox percelebri decretum lege cauebat:
Ne proprio ſeruus crimina tendat hero.
Cumq; ita ſupplicijs non copia parua periret:
In quibus & Sophiæ Sura Magiſter erat:
Fronto palam dixit; Sceptro non ritè potiri,
Principe quo liceat ciuibus eſſe malis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Quæ vox vt Neruæ tandem eſt perlata ſub aures;
Graſſandi finem ſobria cura dedit.
Ciuibus hinc ſtudio ſe iunxit Cæſar egenis;
Et proprio tenues ſubleuat ære viros.
Vtq; voluntati ſatis eſſe pecunia poſſet;
Eximias pleno vendidit ære domos.
Et pretioſa pari diſtraxit pocula nummo,
Spectandosq; ſua nobilitate ſcyphos.
Quo demùm exhauſtos collecto promouet auro;
Et varia ciues ſub pietate fouet.
Natus ad hoc, magna laudem virtute mereri:
Dum primas Latia Cæſar in vrbe gerat.
Dicere nonnunquàm ſolitus, ſe Romula tali
Sceptra quidem & faſces ſuſtinuiſſe manu;
Vt nihil horreſcat priuatam ducere vitam:
Et nihil inſidias pertimuiſſe velit.
Comis, amans recti, & toto moderatus in æuo,
Viſus in antiquos poſſe referre gradus:
Præterito quicquid ſub principe corruit. aſt hunc
Iam Senium varijs occupat acre malis.
Imbelli iam tum ſub corpore vita reſedit:
Irrita proſtratis viribus eſca venit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Et tamen officio nunquàm ceſſauit honeſto
Complecti Auſonios facta per alta patres.
Uſq; adeò vt Chriſti, pacem ſanciret alumnis:
Et fuſo ſpargi templa cruore vetet.
Qua pietate Deos iunxit ſibi Cæſar: vt æquo
Maxima conſilio protinus acta gerat.
Nam cum deciduis properaret floribus ætas;
Et matura Seni tempus & hora fluunt:
Diuorum monitis Traianum Cæſar adoptat:
Qui ſe defuncto ſceptra beata regat.
Quæ plaudente quidem cum res foret acta Senatu,
Romulea plenos clauſit in vrbe dies.
Quatuor vt menſes toti ſuperadderet anno:
Quo faſces Latio Cæſar in orbe tulit.

TRAIANVS.

II.

VLpius imperij Nerua cedente Coronam
Cæſar Agrippina ductus ab vrbe capit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Primus hic externa Romana palatia gente,
Et non Italico ſanguine natus adit.
Quem Nerua in Latios optandum Cæſar honores,
Virtutis propter credidit eſſe decus.
Haud alia Princeps aſpirat faſcibus arte:
Nec tantas alio pectore captat opes.
Magna igitur Neruam cumulabat laude Senatus:
Quòd talem imperio dixerit ipſe virum.
Editus Hiſpana Traianus origine, totum
Quod vixit merito tempus honore tulit.
Maximus ingenio ac animi bonitate; nec vllam
Crudelis poterant prodere facta notam.
Cui primam firmant inſomnia mira iuuentam:
Cum verſata animo talis imago fuit.
Viſus erat quidam Senio confectus & annis,
Purpurea iuueni cingere membra toga.
Eximios humeris inferre tumentibus orbes,
Claraq; manſueta figere ſigna manu.
Vlpius id viſi cum ſæpiùs antè ſtupeſcat;
In ſua iam tandem ferrier acta videt.
Quapropter Neruæ grates cumulabat honeſtas:
Cunctaq; quæ pridem iuſſerat ille, probat.

Mox

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Mox patribus ſcripſit nunquàm ſe authore necandū;
Quem vel fama bonum dixerit eſſe virum.
Iudicia inſtituit, dictisq́ adiecit honorem;
Multaq́ conſtanti pectore facta dedit.
Auſonias etiam iubet eſſe Lycæa per vrbes:
Et ſtatuit doctis præmia larga viris.
Forſitan admonitus Plutarchi voce diſerti,
Quo tunc vſa quidem Roma docente fuit.
Illius impulſu Traianum caſtra Scholasq́
Aönijs memorant conſtituiſſe deis.
Nec prudens tantùm ſed fortis in omnia Princeps:
Quæ vel conſilio ſint, vel agenda manu.
Huc animi Virtus acceſsit, & optima vitæ
Conditio; qualem Regibus eſſe decet:
Qui velut illuſtri ſuperant ſplendore minores:
Sic Virtute etiam vincere celſa velint.
Haud alio diuos æquant ſtrategemate Reges;
Veraq́ non alio gloria fine venit.
Vlpius hoc igitur ſectatus acumine laudem;
Non vnquàm cuiquam velle nocere ſtudet.
Non delatores; non crimina vana ferentes;
Guttura fucato nec lita melle tulit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Nullus ineſt liuor; non turpior ira Monarchis,
Cura nec iniuſtas quærere triſtis opes.
Qui ſe obſeruari potiùs, quàm velle timeri
Dixit, & inuiſos ducere in orbe dies.
Quapropter totos animi huc conferre labores:
Vt populi vero dignus honore foret.
Excultos ſtudijs & pectora dedita Muſis
Cæſar hic ingenuo ſemper amore fouet.
Promouet & Latia ſacras tellure Camœnas,
In quibus haud tenui gloria laude fuit.
Intereà ſedenim dum præſidet, arma mouebat;
Et tria ſub vario prœlia Marte gerit.
Decebalus primo victus; qui regna tenebat,
Euxinis certè proxima regna vadis.
Anteà qui Latios dare terga coëgerat enſes,
Cum turmas ludit Domitiane tuas.
Decebalo virtus & mens excelſa Tyranno
Adfuit; ac latè regna parata regit.
Vnde quidem Auſonios exercuit ante Monarchas,
Et varia belli ſtrenuus arte premit.
Hanc cladem pepulit Latio Traianus ab orbe,
Tantaq́ non dubia ſuſtulit arma manu:

Dacica

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Dacica cum gemino ſuperaſſet culmina bello:
Multaq; diffuſo terra cruore fluat.
Decebalus mortem gladio conſciſcit; & iſto
Terribiles demum perdomat enſe minas.
Aſt Cæſar victo Traianus vt hoſte quieuit;
Nobile Dannubio flumine condit opus.
Cum ſtructo ripas committit ponte virentes,
Hic vbi lata citis curſibus vnda ruit.
Hoc aliud toto vix maius in orbe videres:
Nec magè difficili quod quis ab arte ſtruat.
Tantum operæ; tantumq; impenſæ æriſq; ſtupendi
Hoc certè exactum dixeris eſſe loco.
Hinc equidem Parthos felici Marte repreßit:
Et firmo Aſſyrias occupat enſe domos.
Atq; ita pacatas Orientis reddidit vrbes:
Liminaq; Arbelis hoſtibus arcta dedit.
Vltima Iudaico ſunt prœlia geſta tumultu:
Gens ea cum triſti multa furore mouet.
Compoſito ſiquidem turbarunt agmine terras:
Qua condit medijs oſtia Nilus aquis.
Donec ad auriferos Arabas, Nabathæaq; rura
Progreßi, vario regna cruore premunt.

 Vlpius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Vlpius vt tantos merito domet enſe furores;
Contrahit ingentem lata per arua manum:
Moliturq́ aciem tenditq́ ſub vltima terræ;
Exul vbi haud paruas repperit Aggar opes.
Aſt nihil aduerſus Nabathææ mœnia gentis
Perficit: hæc tuta eſt vindice terra Deo.
Cæſaris obiecto qui fulmine terruit enſes:
Ingentiq́ premit membra peruſta ſiti.
Attamen inſigni Iudæos clade ſubegit;
Qua ferit Idaliam ventus & vnda Cyprum.
Ægyptiq́ aruis non millia pauca trucidat:
Errabant iſtis millia multa locis.
Colluuiem hanc ergo & ſceleratæ examina gentis
Vlpius extremo victor ab enſe domat.
Vt verò huic totis Marti conatibus inſtat,
Protinùs exactos attulit hora dies.
Pallida deſtructas referebant corpora vires,
Cauſaq́ ſtat certæ ſub cute lympha neci.
Quapropter Cilicas properat Traianus in vrbes;
Membra vt pæonia ſubleuet æger ope.
Aſt vitæ finem fatum dedit exuit artus,
Spiritus humanos fractaq́ membra fugit:

Deſeruitq́

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Deſeruitq́; virum; quo non præſtantior alter,
Romulea quiſquis Cæſar in vrbe fuit.
Extulit hunc virtus, & honeſtæ gloria laudis,
Cuius erat recta ſedulitate petens.
Tum Iuris veriq́; tenax, ius ipſe frequenter
Dixit, & æquata pectora lance tenet.
Ingenijſq́; fauet, caſtiſq́; dat omnia Muſis:
Miraturq́; bonos ſemina rara viros.
Hoc ſolo dignus reprendi nomine; ſæuas
Intulerit Chriſto quòd fera vincla manus.
Cum tamē hinc facile eſt Bonitatē noſſe: quòd omnes
Huic ſimiles voluit Romula turba Duces.
Defuncti cineres Latiam referuntur in vrbem;
Et ſunt Traiano condita membra foro.
Quatuor vt luſtris regno eſt & honore potitus,
Maturos dubio liquit in orbe dies.

ÆLIVS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

ÆLIVS ADRIANVS.

III.

AElius Adriaco qui ſanguine natus; auorum
E gemino totos promouet orbe gradus.
Huic cum Traiani coniunx Plotina faueret;
Illa ſuis coniunx ſola modeſta bonis:
Imperij faſces & ſummi culmina regni,
Sacraq́ defuncto principe ſceptra capit.
Ingenio varius: nec cui te credere poſſes:
Omnia quòd ſtabili non gerat acta manu.
Doctrina memorant cunctos ſuperaſſe Monarchas;
Qui priùs Auſonia culmen in vrbe gerunt.
Græcorum ſtudijs ita delectatus; vt alto
Haud paruum eloquio traxerit inde decus.
Tum varias vrbes & diſsita regna per orbem
Maxima luſtranti cura videre fuit:
Idq́ etiam pedibus plerumq́ emenſus obibat;
Et nudo longum vertice carpit iter.

Perq́

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Perq́; niues & per languentes frigore terras,
Perq́; etiam pluuias tranſiit acer aquas.
Vſq́; adeò excellens naſcendi multa voluntas,
Difficilem vrgenti non ſinit eſſe viam.
At bellis variè res eſt confecta. priores
Judaicum magna laude tuliſſe putes.
Præfuit huic toto ſubnixus Marte ſeuerus:
Qui Duce ſolerti prœlia digna gerit.
Non igitur temerè collatis agmina ſignis
Mittit in hoſtiles, certa pericla, manus.
Sed bellum traxit carptimq́; aggreſſus inurget,
Et vario ſparſos occupat enſe duces.
Jnſiſtensq́; fugat, caditq́; ac diſsipat omnem
Judaico fuerat quæ grege iuncta, manum:
Extremoq́; etiam confecit Marte: nec vnquàm
Pòſt ea gens patrios occupat atra lares.
Sed vel fracta cadit totas oppreſſa phalanges:
Vel ſubijt longæ tempora dura fugæ.
Et Solymis muri nomenq́; ac templa ruinis
Cedit; & in rudere nobile fluxit opus:
Ælius euerſis donec iubet arcibus vrbem;
Eq́; ſuo rurſus nomine tecta ſtrui.

P *Hoc*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Hoc igitur bello fracta eſt Iudæa: vetuſtas
Inſtaurat nec gens amplius iſta domos.
Sed diſparſa locis totumq́; inuiſa per orbem,
Vltima perpetui criminis acta luit.
Poſteà Cecropias Cæſar conceſſit Athenas:
Et Græco ludos feſtaq́; more videt.
Plurima tum veteri largitus dona Lycæo,
Prælargi meruit nomen habere viri.
Dulichiamq́; dedit, ponto quæ cincta furente
Excipit Ionias Inſula diues aquas.
Inde adit Italiam Romamq́; ingreſſus, honeſtos
Iniuſto prorſus ſuſtulit enſe patres.
Mox animi morbum, ſæuasq́; intercutis vndas
Senſit; & abſumptus membra dolore gemit.
Expoſcitq́; mori gladioq́; abrumpere vitam:
Quem tamen haud præſens turba perire ſinit.
Dum verò intereà lecto decumbit eburno,
Et varium lenti funeris vrget iter:
Optat in Imperium qui ſe ſuccedat adempto;
Hocq́; Antonino iuris habere dedit.
Tunc & adoptatum Patribus commendat; & omni
Virtute inſignem prædicat ipſe virum.

Inge-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Ingenueq́; refert fructu maiore teneri,
Quos legit imperijs cura modusq́; Duces:
Quàm quos contingit nonnunquam naſcier: in quos
Libera nil populi ſanctio iuris habet.
Hinc morbo corpus nunc affligente fatiſcit:
Et minor in tremulo ſpiritus ore manet.
Seq́; adeò varijs medicorum excedere curis;
Et multa dixit ſedulitate mori.
Nec ſuppreſſa diu mors eſt. referuntur in vrnam
Oſſa, vbi pons celeres Ælius vrget aquas.
Auguſti ſiquidem monumenta oppleta Monarchæ,
Amplius inferri funera nulla ſinunt.
Quatuor exegit luſtra imperitando; decemq́;
Menſibus haud paucos addidit ille dies.
Inuiſus populo deceſsit morte bonorum;
Cauſa quibus cædem nulla probata tulit.

ANTONINVS PIVS.

IIII.

HInc Antoninus Latias ſucceſsit in arces:
Et tenet Auguſta ſceptra beata manu.
Hunc animi vera multos virtute Monarchas,
Et multos memorant exuperaſſe duces.
Maximus ingenio, formaq; decorus honeſta,
Jndoleq; haud vllos deſpiciente fuit.
Moribus inprimis clarus, vultuq; modeſtus
Jn quo Virtutis gloria ſumma viget.
Quod tibi vel ſolo conſtare ex nomine poſsit;
Cum Pietate quidem facta notata vides.
Quin age diuinis excelluit artibus æuum,
Sacraq; Pegaſeo pectora fonte rigat.
Nobilis hæc animum veſtit pictura: quod vno
Jungantur virtus doctaq; Muſa gradu.
Jntulit hic nulli bellum: ſed mota repreſsit,
Quæ ſunt Maſſagetis prœlia mota viris.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Imperio pacem peperit, paciq́ decorem:
Cum penè hunc orbis crederet eſſe Deum.
Nec primùm virtus tum cognita prodijt; alto
Maxima cum Cæſar culmine regna tenet.
Anteà ſed multò, Latias cum rexerit vrbes;
Fama perhumani pectoris ampla fuit.
Quo non cæca quidem venturis omina ſceptris,
Multa ſed officio prodita ſigna capit.
Oppletas apibus mirum eſt tunc eſſe columnas;
Hetruſco quotquot fixerat ante ſolo.
Maxima Cyzici res accidit. excidit vltrò
Quæ pridem impoſita eſt ſacra corolla Deo:
Inq́ Antonini ſtatuam delata reſedit:
Totaq́ iucundo tempora flore capit.
Protinùs hunc igitur diuino agitata furore,
Induperatorem fœmina ſacra vocat.
Huius & in tectum cœlo delata ſereno
Fulgura, nequicquam cladibus aucta cadunt.
Quin ſibi non rarò defuncti Cæſaris artus
Inſerier penitùs membra per alta videt.
Hijs igitur tacito firmat ſua pectora motu,
Cunctaq́ cœleſti credidit acta Deo:

Expectatq́ue diem fatisq́ue ſequentibus inſtat:
Virtutisq́ue nihil poſſe perire ſinit.
Largus erat facilesq́ue manus in vota dicauit,
Et ſtudium multos velle iuuare, fuit.
Intereà quantum ſubducit tempora curis,
Liber & à populo iura petente foret:
Optimus agrorum cultor ſua prædia viſit,
Deliciasq́ue ſua molliter arte legit.
Has potiùs teſtatus opes ſe velle: feroci
Quàm bello dubios vincere poſſe viros.
Sanguine quapropter ciuili haud ſparſus obibat:
Crudeli innocuus nec fluit enſe cruor.
Pompilio ſimilis vitamq́ue exegit & annos:
Natus ad Auſoniæ munera blanda togæ.
Non tantùm humanus, ſed Muſis fautor honeſtis,
Præmia doctorum cœtibus eſſe iubet.
Et magno certè complexus honore Senatum
Ingenuo cunctos accipit ore patres.
Iudicioq́ue præeſt. tum iuris ſæpe peritos
Audit, & hortatus Iabolene tuos.
Symbolon ore gerit, magnus quod Scipio clarum
Romanis ſolitus dicere ſæpè fuit:

Vnum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Vnum malle quidem bello ſeruare colonum:
Quàm ſeſe hoſtiles perdere mille viros.
Quin facili interdum deluſit ſcommata riſu;
Et placidè ſi quæ duriùs acta, tulit.
Non igitur ſæuis induxit pectora rixis:
Nec iecit duræ ſemina lenta neci.
Sicut at is cunctos magno dilexit amore:
Sic illum merito Roma fauore colit.
Cuius & externas percellit gloria gentes,
Magna quibus ſolo nomine bella domat.
Cumq́; alijs crebrò mutandi cura fuiſſet,
Quos ſibi præfectos gentibus eſſe iubent.
Ipſe quidem rarò mutandos cenſuit; & rem
Hanc magnis dixit fructibus eſſe parem.
Haud delectatus quo ſe prouincia lucro
Crudeles paſſam diceret eſſe manus.
Ocia ſectanti minuiſſe ſalaria fertur:
Conantiq́; nihil præmia danda negat:
Indignum referens ſi arrodant publica; nulla
Publica qui prorſus commoditate iuuant.
Largus & in populum ditiſsima dona viritim
Cæſaribus ſueto dona fauore dedit.

Multaq́;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Multaq; collapſis impendit munera rebus:
Cum vetus inſtaurat, vel noua fingit, opus.
Seditioſa quidem, quocunque excreſcere motu,
Non armis, veteri ſed grauitate domat:
Concordesq; animos, & pectora mutua iungit:
Pactaq; ſolennem ſternit in æqua viam.
Deniq; ſic vitam vitæq; abſoluit honores;
Præcipuum ut meritò dixeris eſſe virum.
Qui Senio confectus obit, febremq; ſecutus
Alpino memorant quam ſubyſſe cibo.
Quatuor hic luſtris ternum Pius addidit annum,
Sceptra quibus celebri geſsit honeſta manu.

M. ANTONINVS PHILOSOPVS.

V.

EXceſsit vita ſenio confectus & annis
Dum Pius Auſonias Cæſar adauget opes:

Ut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Ut ſit cum nocuos Reſpublica ſacra tumultus
Neſcit, & atroci nullus ab hoſte timet.
At priùs extremo quàm lumine clauſerit æuum;
Hunc gnati Marcum iura ſubire dedit.
Inſeruitq́; ſibi Latio de more: quòd eſſet
Vxoris claro fratre domoq́; ſatus.
Cui tantum ingenij, tantum fuit indolis: vt nil
Maius in Italicas mittere poſſet opes.
Hic ille eſt Marcus, Sophiæ cui gloria nomen,
Et ſua cui Virtus longa trophæa dedit.
De quo ſi dicas quæ ſunt veriſſima; dicas
Hoc melius Romam nil habuiſſe viro.
Qua minimè dubium eſt comprendi cætera voce,
Quæcunq; eximio ſunt tribuenda Duci.
Juſtus erat, ſapiens, moderatus, & inclytus actis:
Et magna Princeps dexteritate grauis.
Idq́; adeò, exemplar virtutis vt eſſe feratur,
Quod quis facta velit propter honeſta ſequi.
Doctrinis felix inſtruxerat omnibus æuum:
Et Stoicæ tenuit Scita moleſta ſcholæ.
Tum ſua Philoſophis tribuiſſe ſalaria fertur:
Et larga doctis æra dediſſe manu.

Q Præci-

Præcipuoq́; ſuos habuit ſub honore Magiſtros:
Iuſta quibus reddit præmia Cæſar opes.
Tranſuerſum nec agunt parti faſtigia regni:
Quo minus Aönias curet ametq́; deas.
Quod certè mirum eſt, tali tum tempore Muſas
Imperio preſſum voluere poſſe Ducem.
Multa igitur ſtudijs cultiſsima turba vigebat;
Multaq́; tum doctis floruit aula viris.
Vt fit cum Reges pietasq́; ac Muſa coronat:
Quæ ſunt in ſummis munera prima bonis.
In pretio doctos igitur cum Marcus haberet,
Hijs ſine nil, magnum quod velit eſſe, facit.
Inq́; vſum vitæ, didicit quæ recta, ferebat:
Iuſtaq́; diuini cura pudoris erat.
Non iræ, non flamma virum, non cæca cupido,
Inconceſſarum ſpes neq; mouit opum.
Non cogit vindicta vllo maculare cruore,
Quam voluit puram cædibus eſſe manum.
Quin miti potius condonat crimina vultu;
Frangit & hoſtiles hac pietate minas.
Haud delatores admittere firmus: iniqua
Quod genus arte quidem plurima damna facit.

Multa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Multa emendauit; multa introduxit; & omni
Officio priſcos vincere certat auos.
Omnibus aſsiduè miſeris ius dixit; & illo
Se gratum ſtudio ciuibus eſſe dedit.
Cumq́ Senatores magno dignatur honore,
Eximijs meruit laudibus ipſe coli.
Aurea pauperibus ſemper fuit anchora; opesq́
Diſtribuit larga ditior ipſe manu.
Quapropter patriæ cum Romula turba parentem
Diceret; accepto clarus honore fuit.
Et quo proſequitur maiori hunc laude Senatus;
Hoc mage ſe dignum Cæſar amore facit.
Nec minor in duris perſpecta eſt gloria bellis:
Omnia propitio quæ mouet arma Deo.
Cum magnis arſit ſuccenſa Britannia flammis,
Hoc iterum lætas vindice firmat opes.
Depulit & Cattos cum Rhetica rura fatigant:
Et ſpectant Latias agmina mota domos
Quid Parthos memorem, contortaq́ ſpicula gentis,
Spicula vel celeri deteriora fuga?
Hos miſſo domuit iam pridem fratre rebelles;
Quem regni ſocium iuſſerat eſſe pater.

Ille tamen cæcis indulget amoribus; & nil
Cuius erat cauſa miſſus in arma, facit.
Caſsius at Parthos hoc victos fœdere ſtrinxit:
In Syriam ne quæ poſteà bella ferant.
Vltima res acri confecta eſt Marte; ſecundo
Cum Marcomannos percutit enſe viros.
Gens ea dura quidem & validis truculentior armis
E Germanorum venerat aucta plagis:
Quæ Quados etiam ac rigidos in bella Nariſcos,
Atq; Hermunduris prædia culta mouet.
Hos contra Cæſar Vero cum fratre profectus;
Agmina felici contudit iſta manu.
Quamuis difficili cecidit tamen alea curſu:
Tantaq; non tenui pugna cruore ſtetit.
Hoc etiam quidam dederant qui nomina Chriſto,
Militiæ durum ſponte ſequuntur opus.
Ardua quos equidem concepto fulgura voto,
Et precibus pluuias obtinuiſſe ferunt.
Qua motus tandem Cæſar virtute, refixit
Quas Chriſtum contra fixerat ante notas.
Haud procul à ripis gens iſta tumentibus Iſtri
Dicitur Auſonia victa fuiſſe manu.

Conſe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Confecto ſed enim multorum ſanguine bello
Extremæ Verus tempora mortis obit.
Quem ſecum Latiam tranſportat Marcus in vrbē:
Cæſaris & loculo condier oſſa iubet.
Hinc Antoninus defuncto fratre gubernat
Solus, & ingenti ſceptra decore tenet.
Quodq́; æui ſupereſt curandæ protinus vrbi,
Condendisq́; etiam legibus omne dedit.
Officijsq́; vacat; quibus inclyta fama mereri
Æternos poſſet facta per alta dies.
Moribus hijs vitæq́; bono & virtute ſeneſcit;
Plenior & mortem detulit hora viro.
Quatuor Imperio luſtris cum penè fruatur,
Cœlica non triſti culmina morte ſubit.

COMMODVS.

VI.

COmmodus extincti iam regna Parentis, & altos
Imperij faſces lætaq́; ſceptra capit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Hic equidem illuſtri maiorum natus ab ortũ,
Corporis eximij clarus honore fuit.
In quo Nobilitas, & amatæ gloria formæ
Æquali certant, munera prima, gradu.
Vt ſpeciem Auguſto vel dignam principe dicas;
Qui Latij teneat culmina prima ſoli.
Præcipuè proauos cum Maieſtate potitos,
Et longo veteres ordine narret auos.
In quibus vt Virtus, ita ſummæ gloria vitæ
Extremo lætos clauſerat axe dies.
At ſoboles claros imitatur rara parentes:
Et ſe degenerem plurima turba probat.
Cum nihil ingenuis formarier artibus æuum,
Nec iuuet Auſonios poſſe referre patres.
Triſtius haud aliud Romana palatia monſtrum
Occupat; aut ſtudio deteriore regit.
Qui mox à primo corruptus flore iuuentæ
Funeſti indicium criminis acre dedit.
Cuius non tantum ſcelerum mens conſcia: verum
Obruta flagitijs improba vita fuit:
Crudelisq́ etiam, & fundendi ſanguinis autor
Tantus, vt huic nullum dixeris eſſe parem.

Namq́

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Namq; Senatores functo genitore peremit:
Præſtantesq; acri perculit enſe viros.
Publica perturbat, pacemq; paciſcitur excors;
Largaq; Barbaricis hoſtibus æra dedit.
Hunc ſtimulant Furiæ fallaxq; libido perurget:
Atq; inconceſſi flamma laboris agit.
Suſtulit è medio veteres graſſatus amicos,
Diraq; funeſti principis acta facit.
Ipſe voluptatum formas ſectatus & artes
Improbus, imperij grande relinquit onus:
Arbitrioq; regunt alij. primusq; perennis
Aurea funeſtas mittit in arma manus.
Hic cum pectoribus nimium graſſatur auaris,
Compilat magno maxima furta dolo.
Inſidijsq; bonos premit, ac furit improbus enſe:
Et fuſo varias ſanguine quærit opes:
Quas cum multiplici cumulauerat improbus arte;
Et ſequitur nullo facta ſceleſta metu:
Principis eſt auſus faſces ſperare necemq;:
Sacraq; in indignam mittere ſceptra manum.
At detecta quidem fraus eſt; gladioq; Perhenni
Abſciſſum, Latia tabuit vrbe caput.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Tum Maternus idem tentans, cum proditus eſſet,
Cum ſocijs celeri perditus enſe, cadit.
Ultimus inſidias molitur & arma Cleander:
Maxima qui diti poßidet æra domo.
Illius inſanas agitarunt proſpera mentes:
Ut petat haud licita Romula ſceptra manu.
Sed tamen ingrati compreſſa potentia ſerui,
Protinus inſigni morte piata fuit.
Uſq; adeò diras multorum Cæſar erynnes,
Et celeri motas obruit arte faces.
Sed nihil inſidiæ, nil tanta pericula durum
Pectus, & inuiſi principis acta mouent.
Graſſando ſæuit Romanam dirus in vrbem:
Multiplicatq; bonis funera crebra viris.
Omnibus euerſo cum nomine Commodus eſſet;
Haud aliqua certè commoditate regit.
Donec & hunc tandem domuerunt fata Tyrannum
Et rapit è medio ſæuior hora ducem.
Cui molita necem coniuncto Martia Læto,
Liberat inuiſo Romula ſceptra malo.
Toxicaq; egreſſo balneis atra propinat:
In quibus vt virtus languida viſa fuit;

Proti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Protinus in nodos iugulum Narciſſus adegit:
Iuſtaq́ ſupremam condit in acta manum.
Exitus hic vitæ & crudeli meta Tyranno,
Quem decorant generis lumina prima, fuit.
At duo luſtra vident regnantem, & tertius annus;
Antea funeſtum quàm vehit aura diem.

ÆLIVS PERTINAX.

VII.

AElius hinc regnat detruſo in fata Tyranno:
Menſibus & Cæſar ſceptra duobus habet.
Vir bonus, & veteres referens virtute Monarchas;
Auſonios pridem qui tenuere lares.
Hic nihil in regno mutandum duxit: at inde
Priuato ſimilis maluit eſſe viro.
Qui veteres inter reſtabat ſolus amicos;
Quos Gnati curam Marcus habere iubet.
Et quia florenti res magnas geſſerat æuo,
Cum Myſos placida rexerit arte viros:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Succreuit virtute, altos & adeptus honores,
Præfecti Latia munus in vrbe gerit.
Cui ſimul imperij Lætusq; ac Martia faſces,
Cum iacet euerſo Commodus enſe, ferunt.
Ille quidem vitæ iam pridem fata peroſus;
Ardua Ceruicis membra ſecanda dedit.
Hoc veniſſe ratus miſſos à principe: cui mos
Corpora nocturna carpere cæde fuit.
Aſt Senis obfirmant fata in contraria mentem,
Atq; animo Lætus præcipit eſſe bono.
Nil paueas inquit; nec te tua pectora turbent:
Res tibi nunc alia mente colenda venit.
Commodus Auſoniam qui ſanguine merſerat vrbem,
Nunc gelida tandem pectora morte premit.
Sublatusq; metum muribus vetat eſſe Latinis:
Nocte vel hac poſſent quæ timuiſſe viris.
Quos minimè tenui mactandos cæde Tyrannus
Signat, & haud dubia prodidit ante manu.
En ſchædam; ſchædam Lætus tum fortè tenebat,
Qua data ſunt certæ nomina noſtra neci.
Quam quia nos cladem ſatiùs vitare fuiſſet:
In proprium recidit mors operoſa caput.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Tu verò imperium capias; quod ſponte modeſto
Nunc equidem defert curia tota Seni.
Nouimus ingenij neruos animiq́ pudorem,
Nouimus haud dubijs pectora fœta bonis.
Tum tibi noſtra quidem promittit dextra ſalutem:
Tuq́ palatinam Cæſar adito domum.
Surge age, & Auſonios quantum potes accipe faſces:
Noſtraq́ da fauſto creſcere vota pede.
Nec mora conſurgit Senior, mentemq́ receptat:
Impoſitumq́ humeris grande ſubibat onus.
Quæ res vt toto properè eſt firmata Senatu,
Plaudentis populi dicta benigna capit.
Ælius hac igitur Romana palatia ſorte
Occupat; & ſumma comis in vrbe regit.
Inſignis pietate, & amati laude pudoris:
Quem patriæ meritò dixeris eſſe patrem.
Hunc ſi iuſta diu ſeruaſſent fata Monarcham,
In veteres poterat Roma redire gradus.
At cum militibus graſſandi iura reſcindit;
Et vetat vrbanas diripuiſſe domos.
Improba coniurat ſceleratam factio mortem:
Sternit & ingenuum turba moleſta Senem.

Cæſar hic exceßit, fatum quoq; ſponte ſecutus;
Ingrataq; ſuos clauſit in vrbe dies.

DIDIVS IVLIANVS.

VIII.

SVccedit Didius; iuuenis qui fortè per omnes
Militiæ creſcens venerat ante gradus.
Nam cum Præturam Latia geßiſſet in vrbe,
Belgiacam rexit ſtrenuus inde plagam.
Reppulit & Cauchos, quæ gens conſedit ad Albim,
Ac Cattos parili ſobrius enſe domat.
Multaq; clementi ſectatus acumine geßit:
Dum loca ſolerti plurima mente regit.
Hinc Romam clara virtutum laude reuerſus
Conſulis accepto maior honore fuit.
Primus at occiſo licitatus Cæſare regnum,
Inſolita faſces turpiter arte capit.
Conſcius & mortis cum functi principis eſſet,
Principis haud aliquo vindicat enſe necem.

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Et tamen hunc etiam conſueto more Senatus
Regnantem; & diri militis acta probat.
Auguſtiq́; nouo decernit nomina regi:
Qua ſimul & Coniunx maxima laude fuit.
Sed quæſita, diu non vlla potentia durat,
Virtus cui haud ſolidam ſubijcit alta baſim.
Infirmo quicquid ſubſtat pede, labitur: & ſe
Grandia concuſſa pondera mole ruunt.
Sic Didio res eſt ſubito conuerſa tumultu;
Et fortuna citam torquet acerba rotam.
Integra militibus nam cum promiſſa negaret,
Nec pacti certa redderet æra fide:
Infelix odium miſero ſibi contrahit: Et ſi
Contractum recto dicere iure potes.
Vindicat aſt nullo cum Regem Marte peremptum:
Exoſus cœpit ciuibus eſſe bonis.
Publicaq́; ignauum carpuntq́; agitantq́; theatra:
Atq́; alium ſignat Romula turba Ducem.
Nequaquam tali diuina Palatia monſtro;
Poſſe nec indigno principe ſceptra geri.
Iamq́; propinquantem referebat fama Seuerum
Italicas valido Marte ſubire domos:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Et rectà in Latium celeri contendere curſu,
Vindicet vt ſancti triſtia fata Senis.
Quæ ſimul ac claros res perculit alta Quirites,
Abrogat inuiſo curia ſceptra Duci.
Qui tamen imperium partirier obtulit; & ſe
Conſortem tanti culminis eſſe petit.
At nihil inflexit conceptam in funera mentem
Quæ modo decreta lege Senatus agit.
Quapropter miſſus, Didio qui fata pauenti,
Impacto celeret miles ab enſe, viro.
Exitus iſte decet, regnum quos ære paciſci,
Ingenua potius quàm bonitate iuuat.
Menſibus hic tenuit faſceſq; & ſceptra duobus,
Cum perit incauto vita moleſta Seni.

SEPTIMIVS SEVERVS.

IX.

AFrica præſtanti clarum Virtute Seuerum
Hunc dedit; & Lepti natus in vrbe fuit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Qui Romam iuuenis Marco ſub principe ductus
  Ad magnos magno venit honore gradus.
Præcipuè imbuerit ſtudijs cum pectora Graijs,
  Et poſuit ſolidam Muſa Latina baſim.
Cui vel tanta fuit doctrina; vt vincere poſſet
  Quos habuit multos curia ſancta patres.
Illius à tenera conſtantia nota iuuenta,
  Nulla niſi admiſſo iudice facta gerit.
Vſq; adeò vt pueros inter quoque regna miniſtrans
  Ardua ſub fictis faſcibus arma petat.
Inde togam ſumpſit Marco donante virilem,
  Et primas Latia gratus in vrbe tulit.
Omina cui fuerant venturi plurima regni;
  Quæ minimè dubiam voluere ſigna fidem.
Quæq; etiam tacita cum cogitat omnia mente,
  Virtutum ſtudijs pectora tota fouet.
Officijsq; aditus ventura in culmina ſtruxit,
  Cum ſua Romuleis ciuibus acta probet.
Crimina quantumuis iuuenili ætate ſecutus,
  Alternat varias in ſua probra vices.
Aſt vbi diuerſis ſuccreuit gloria rebus,
  Maxima tum Auſoniæ portio laudis erat.

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Et cauta tractans vrbana negocia mente,
Præturæ celſo pectore munus obit.
Inde vbi Pannonias rexiſſet prouidus arces,
Arduaq́; Illyricis ſtrinxerat arma plagis:
Cum Nigrum Syrijs audiſſet finibus omni
Conatu Latias prendere velle domos:
Præſertim Didio cum fracta potentia, paßim
Graſſari fœdo quoſlibet enſe ſinit:
Ipſe quidem regni quæ primis omina ſignis
Ceperat, in media ſæpè cohorte refert.
Et meminit triſti iam pridem mente dolendum,
Publica tam diro ſceptra furore premi.
Præcipuè firmam cum Marcus liquerit vrbem,
Et fuerint placido tradita cuncta ſtatu.
Nil tamen ingenium percellere maius, iniquos
Quàm pretio regnum poſſe parare viros.
Indignum veteri prorſus virtute, nefandas
Hoc impune decus corripuiſſe manus.
Commodus exceßit, fateor, non integer æui:
Rectaq́; cui cordi ſemita nulla fuit.
Ælius at nulla culpandus fraude peribat:
Immeriti certè criminis acta luens.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Quem quia nemo piũ iam vindicat enſe Monarchã,
Spiritus Auſonijs errat inultus agris.
Sollicitatq́ diem, fortuna & vindice pœnas
Exigit; ac toto commouet oſſa rogo.
Quin forti populus cum detulit aurea Nigro
Sceptra, velut Latio publica fama canit:
Id certè miror, quid differat ille, ſuoq́
Nequicquam noſtros milite tentet equos.
Vt res cumque cadat; nunquàm patiemur, inultum
Enſibus haud meritis occubuiſſe ſenem.
Talibus interdum dictis ſua vota Seuerus
Prodit; & haud tenues verſat in ore minas:
Illyrijs donec qui exercitus incubat oris,
Imperij clarum faſcibus eſſe iubet.
Id cum Romuleam perlatum venit in vrbem;
Hæc rata Militiæ facta Senatus habet.
Ipſe autem quanto poterat contendere curſu,
Italiam forti milite cinctus adit.
Quo poſtquàm venit ſacrato acceptus honore,
Omnia Romano Cæſare digna facit.
Sublato primùm Didio, proſcripſit & omnem
Quæ fuerat claro ſanguine fœda, manum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Hinc Nigrum vicit; totoq́ Oriente potitus
Auſonijs iunxit plurima regna viris.
Tertius Albinum fregit labor. illa per omnes
Fortunæ prorſus res fuit acta gradus.
Mox Romam properat, varioq́ è more gubernans
Suſpecta cunctis ſimplicitate regit.
Albino iunctos funeſta morte trucidat;
Multaq́ ſunt ſæua fata peracta manu.
Graſſandoq́ furit ſimulata in funera cauſa,
Et fuſo varias ſanguine captat opes.
Vtq́ dolis odioq́ vacet, non parua per omnes
Dona quidem fertur diſtribuiſſe viros.
Militibus cumulata dedit frumenta; vetuſtum
Demenſi ſuperans calliditate modum:
Atq́ aurum geſtare ſinit; ſcortoq́ potiri,
Inſuetumq́ domi coniugis eſſe genus.
Multaq́ præterea veteri non conſona mundo
Indulgens, mores obruit arte bonos;
Et Diſciplinam ſubuerſo cardine frangit;
Eq́ ſuo quemuis viuere more ſinit.
Primus & hic veteris qui condita iura decusq́
Militiæ toto ſtrauerit aſſe, fuit.

Aſperi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Aſperitas victus, tolerantia dura laborum,
Et metus, & ſancto velle ſubeſſe Duci;
Hoc ſubuerſa quidem ſunt omnia principe; quem non
Amplius antiquo viuere more iuuat.
Militis hoc equidem ſtudio ſibi pectora iunxit,
Et recti ſpecie damna futura ſerit.
Inde Senatores non paucos morte peremit:
Præſtanteſq; alios perculit enſe viros.
Et quamuis fingat varias in funera cauſas,
Maxima diuitias quærere cauſa fuit.
Nomine quo paßim multi iam occumbere; quorum
Cæſareas implent æra petita domos.
Nullaq; formidat crudelia Cæſar; auaras
Dummodo res cumilis farciat ampla manus.
Vſq; adeò Harpyis miſerum eſt parere. rependant
Iniuſtas meritis numina iuſta vices.
Æternaſq; luat ſcelerata licentia pœnas:
Quæ nulla ſternit ſub ratione bonos.
Innocuumq; manu fundit graſſante cruorem,
Et celerat multo funera multa dolo.
Sed tamen hæc animi crudelis ſemina, mira
Virtutum Cæſar ceu bonitate tegit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Spectaclis populum mulcet; ludoſq́ theatra
Eſt quibus à ſeclo nomina parta, dabant.
Quemq́ omnes votis ceu deteſtantur, eundem
Incolumem cuncti viuere poſſe, rogant.
Sic hominum ſtudijs illudere doctus, habenas
Crudelis miti ceu pietate regit.
Hinc Atrenorum pertentans milite Regem,,
Suſceptum minimè perficiebat opus.
Sed caſu Parthos rem decernente ſubegit:
Et Cteſiphonteas ſubiugat acer opes.
Mox Romam rediens fuſo velut hoſte triumphum
Egit, & à victa nomina gente tulit.
Tandem annos aliquot Latia conſedit in vrbe:
Curaq́ non ſegnis dicere iura fuit.
Integra ſub vario traducit ſecula motu:
Nec ſua conſtanti pectora lege tenet.
Interdum clemens; interdum effuſus in iram
Iudicium magna gentibus arte premit.
Prothea nec tantum Latijs ſe oſtendit in oris;
Nota quòd hæc alijs ſint quoq; damna locis.
Cecropiæ, ne quid deſit, teſtantur Athenæ:
Quas nimium dura contudit ipſe manu.

Poſtea

Poſtea Plaucinum iunctum ſibi fœdere; regni
Optati merito ſuſtulit enſe reum.
Qui multis pridem cum mortis cauſa fuiſſet;
Ipſe fera tandem morte peremptus obit.
Poſtremò Auſonia cum cederet vrbe Seuerus,
Dura Britanniacis intulit arma viris.
Sed quibus eximij nihil eſt conatibus actum;
Hoc niſi quòd plenos finijt orbe dies:
Non ſenio tantum, ſed curis victus acerbis,
Cum gnatis ruptam ploret ineſſe fidem.
Imperio luſtris tribus, & tribus adfuit annis;
Dum varia prorſus culmina laude regit.
De quo iactatum eſt, aut nunquam naſcier; aut hunc
Cum natus fuerit, non decuiſſe mori.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

ANTONINVS BASSIANVS CARACALLA.

X.

HVnc quoq; defuncto tandē genitore Monarcham
Inclyta Romuleæ curia gentis habet.
Flagitioſus erat, crudelis & aſper, & excors;
Maxima cui rectos ſternere cura fuit.
Qui Medicis pridem dederat mandata, morantem
E medio quauis tollere fraude patrem.
Nec dubium eſt huius propter certamina Gnati;
Defuncto citius fata peracta Seni.
Huic natura fuit vario truculenta furore;
Quæ recti prorſus nil imitata facit.
Cui pater indulgens ſtudijs iuuenilibus; omni
Hunc equidem luxus perdier igne ſinit.
Etſi autem interdum reuocare ſub optima tentat;
Infauſtis tamen hæc littora bubus arat.
Ingenium vecors tantumq́; in triſtia natum
Nequicquam molli flectier arte poteſt.

Reſpuit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Reſpuit hortatus; monitisq́ frequentibus ardet;
Et magè quo preſſas, hoc magè flamma viget.
Incerto quiſquis fragiles ſinit ordine natos
Creſcere; & haud aliquo contrahit acta metu:
Non natos tantum, ſed publica commoda perdit:
Et ſubicit rapidas in ſcelus omne faces.
Quæ ſi fortè leui promotæ agitentur ab igne;
Huius ſe cauſam nouerit eſſe mali.
Inq́ ſuos manes, atq́ in ſua funera pœnas,
Quas corruptorem fas ſit adire, tulit.
Ergo vbi defuncto Caracalla parente gubernat,
Protinus infami principe digna facit.
In Medicos fudit primi concepta furoris:
Tollere quòd feſſum non voluere patrem.
Mox ſacra defuncti Latiam tranſportat in vrbem
Et loculo Auſonidum condier oſſa iubet.
Imperio tandem ſuccedit firmus; & omnem
Nequitijs ſubdit facta per atra manum.
Principibus gladio celerauit fata: Senatum
Occupat, ac triſti maxima cæde ferit.
In fratrem cauſas violandi fœderis; vt ſe
Haud ſimiles vero condere poſſe videt:

Abſtinet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Abſtinet inſidijs, remq́; eſt aggreſſus apertam:
Crudelemq́; Getæ perficit enſe necem:
Idq́; in conſpectu matris; quæ mœſta timentem
Texit, & in dextra vulnera ſæua capit.
Poſtea crudeli multorum funera iuſſu
Imperat. hîc gladio Papiniane cadis:
Cæſareo motus regni ſplendore, peremptum
Cùm recto nolles dicere iure Getam.
Occumbuntq́; alij paßim: Latiamq́; per vrbem
Innumeris cædes cædibus aucta furit.
Quid verò incæſtum funeſta cubilia dicam,
Cum ſe Priuigno fœda Nouerca locat?
Idq́; etiam inuitans? tanta eſt inſania; cum nil
Imperij cauſa ducere turpe velis.
Cumq́; hæc diſplicuit non paucis copula regnis;
Ægyptus certè ſcommata prima iacit:
Iocaſtamq́; vocat. ſed non impune iocatam,
Ægypti pubes deſidioſa tulit.
Cæſar Alexandrinam cum veniſſet in vrbem,
Hîc vbi ſtagnantes Nilus inundat aquas:
Spectaclis ciues recreant luſuq́; morantur:
Et varia mulcent dexteritate virum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Quæ, Caracalla quidem ſibi cum placuiſſe referret,
Incautos ficta ſimplicitate tenet:
Donec in ignaros immiſerit arma iocantes;
Et dederit ſæuæ millia multa neci.
Nec tantum id claram ſtolidus perfecit in vrbem:
Tentat & inſignes obliterare Scholas.
Antea ſic Gallos truculentus adirat; & iſtic
Plurima ſunt varijs funera viſa modis.
Acceßit Rhætos, ac Pannona præterit arua,
Præterit Iſtriacos aſpera regna ſinus.
Donec & Iliacam contendit viſere gentem:
Sacraq́ Pelidis cernere buſta velit.
Sed loca, ſed campos, ſed regna, ſed arua, ſed vrbes;
Omnia conſperſo rura cruore notat.
Quacunq; incedit furiali percitus œſtro,
Inuiſa peragit funera crebra manu.
Vltimus in Parthos vexit labor arma ſequentem,
Totaq; ſunt turpi regna ſubacta dolo.
Dirus amicitiam ſimulat, dum fallat amicos;
Et perit, hoſtili qui nihil enſe timet.
Quæ ſimul ac magnis perfecta furoribus eſſet;
Macrini ſtudio fata cruenta ſubit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Cuius vt oſſa videt flammis exempta, ſub altum
Julia nil metuens vulnera pectus agit.
Exitus hic fuerat crudeli & meta Tyranno,
Quem ſua ſex annos Roma præeſſe videt.

MACRINVS.

XI.

MAcrino cædes peperit Iuſtiſſima regnum:
Qui tamen haud propria perficit acta manu.
Js ſatus obſcura ſuccreuit origine: verùm
Huic clarum Virtus nomen habere dedit.
Tradidit imperium miles; cum fortè peremptum
Macrini neſcit fraudibus eſſe Ducem.
Quod quamquàm ſimulat non ſe affectare; recepit:
Multaq; prælarga diuidit æra manu.
Qui quoq;, flagitÿs ne non foret vmbra, Senatu
Se niſi geſturum ſceptra volente negat,

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Et certè magno res eſt accepta fauore:
Quam gens multiplici Romula laude vehit.
Non quòd tantoperè Macrino tota ſtuderet:
Sed quia Cæſareas oderat ante manus:
Eq́; ferum medio ſublatum morte Tyrannum
Gaudet, & has tandem poſſe ſilere minas.
At verò imperij Macrinus iure potitus,
Conſortem gnatum protinus eſſe facit.
Culpandus, Latiam quòd non contendat ad vrbem;
Cum populi ſtudio geſta probata forent.
Aſt Aſiæ luxum ſpectaclaq́; crebra ſecutus,
Antiochi tandem lentus in vrbe ſedet:
Aſperiorq́; odium ſibi contrahit: omnia cum non
Militibus ſolito crimina more probat.
Nam quæ Antonino ſub rege licentia parta eſt,
Militibus licuit qua ſimul eſſe malis:
Sub diſciplinam reuocat Macrinus: & acri
Laxa prius ſtudio facta proterua domat.
Hæc mouit res vna odium; milesq́; Tyranno
Nequicquam certam præſtat in arma fidem.
Poſtquàm etenim obiecit Varium fortuna; perempti
Inclyta quæ ſoboles credita Regis erat:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Commiſſo vicit Macrinum Syria bello:
Et fractum pauidam cogit obire fugam.
Quem ſua cum medijs ſors penè ad littora ponti
Prouehit; vt Thracas poßit adire domos:
Excutitur curſu ſpirantibus ardua ventis:
Duraq́ ſupplicij pulſus in arma redit.
Quem Varij miles latitantem vt repperit; altum
E ceruice caput feruidus enſe tulit.
Quid Gnatum memorem ſimili quem morte necatum
E tota regni depulit arce Deus!
Scilicet infirmo durat fulcimine; ſi quæ
Gloria diffuſo parta cruore venit.
Hunc Annum menſesq́ duos regnare videbat,
Dum varijs premitur Roma ſuperba malis.
Principe quo, ſi nil aliud fortuna dediſſet;
Hoc dedit, vt paßim turba necata gemat,
Cui fuerat Dominos deferre licentia: quod tum
Commiſit fallax improba multa genus.
Suffixitq́ cruci nebulonum colla; citamq́
Purgandis vitijs attulit acer opem.
Idq́ adeo, vt tenebris lucem Romana fugatis
Nunc ſibi, nunc tandem regna redire putent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Et poterant redijſſe: is ſi redijſſet in vrbem:
Ut ſtudio ſacros prenderet ipſe patres.
Nunc verò indulgens cum perdit commoda ludis:
Amittit Latias lentus & aſper opes.
Cuîcunq; è manibus lapſa eſt occaſio rei
Quam celeri primam commoditate gerat:
Jam non fortunam; ſed ſe culpauerit ipſum:
Qui ſibi ſubuerti tempora iuſta ſinit.
Nunc cum cunctando meditamur blanda; profectò
Exſpirant ſæuis blanda petita modis.

VARIVS HELIOGABALVS ANTONINVS.

XII.

VLtimus hic claſſis cum fortè Monarcha ſecundæ
Eſſet; in infamem rettulit acta notam.
Spurcitiæ tanta fœdoq; libidinis vſu,
Quanta equidem Latio nullus in orbe fuit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Hunc Miles puerum Macrino obiecit; eumq́;
Auſonij iuſſit nomen habere Ducis.
Qui cum Macrinum vita ſpoliaſſet; honores
Imperij rigido protinus enſe rapit.
Aſſueſcitq́; ſtatim furialibus aduena Flammis:
Et Veneris patrat multa nefanda Deæ.
Dij facerent, ne quæ ſupereſſent nomina monſtro,
Ne quæ flagitijs charta notata foret.
Credibile eſt Furijs orbem inceſſentibus, iſtud
Regnorum tandem ſceptra tuliſſe ſcelus.
Qui quantum creuit; tantum excidit vſibus æui,
Et dementato pectore cuncta facit.
Nullo equidem niſi probroſo memorandus ab vſu:
Cum foret Idaliæ faxq́; luesq́; deæ.
Qui ſe deformi contaminat vndiq; luxu:
Et ſatagit Venerem per caua cuncta pati.
Cum vetus antiquos memorat tibi charta Nerones,
Aut Caligæ forſan nomen inane ſonat:
Aſſyrijúe Ducem referat ſua penſa trahentem;
Cui Cyrus regni culmina celſa tulit.
Mollitiem tantum & vulgatos Cypridis ignes
Percipis, & ſolita dulce ſub arte nefas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Aſt ſcelus hoc nimium diffuſo in corpora luxu
Audis; & fœdo eſt Beſtia merſa luto.
Cui nihil humani, ſi dempſeris ora, ſuperſit;
Cætera cum ſtygio ſint ſata membra Deo.
Quin deleta quidem monumentis nomina vellem;
Et Varium nullo prorſus ab ore legi.
Heliogabaleos ne quis petulantior ignes,
Laxati cauſam fortè pudoris alat.
Pronius in vitium Cor eſt: occaſio ſaltem
Mouerit, ac tenues ſpargat in acta faces.
Hunc igitur ne quis ſufflauerit arte calorem;
Qui nimio certè concitus igne furit.
Aſt animis frænum cæcisq́ affectibus addat:
Primaq́ non ſegni crimina falce domet.
Sicut vbi ingenti ſerpit prurigine Cancer:
Et totas circum depopulatur opes:
Sic niſi principijs obſtet tua cura; ſequentes
Fœdari videas crimine poſſe dies.
Principe ſed Vario geſtum nihil eſſe putabis:
Quod tu Romanum dicere iure potes.
Obſcuras Herebi noctes Furiasq́ ſecutus,
Inſano dirum ſeminat ore nefas.

Inuen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Jnuentorq́; fuit multorum & cauſa malorum;
Quæ mea non vnquam Muſa pudica canet.
Dij tantam ſeclis mundoq́; auertite peſtem:
Et ſint Aſſyriæ talia monſtra plagæ.
Romuleo Virtus & gloria militet orbi:
Nec reddi vitijs præmia læta ſinat.
Jntereà vehitur dum probra per omnia Cæſar,
Quatuor Autumnos Pleiäs orta facit.
Nequitijsq́; animum ſubuerſaq́; pectora firmans,
Inſano nimium percitus igne furit.
Donec Alexandro fatumq́; necemq́; minatus,
Funeſta iuuenem tollere morte parat.
Cuius vt inſidias percepit miles; in ipſum
Autorem tantæ pondera cladis agit.
Impetus in Varium factus, per ſumma coëgit
Carpere deformem velle pericla fugam.
At nihil hic latuiſſe iuuat; fœdaq́; cloaca
Deprenſum merito protinus enſe necant.
Scilicet vt fœda qui vitam labe notaſſet;
In fœdo vitæ redderet acta loco:
Sortitus finem, qualem decet eſſe Tyranno:
Cui nihil eximiæ pectora laudis habent.

Conſe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Confeſtimq́; vnco trahitur plaudente Senatu;
Et merito populi Scommate preſſus obit.
Tandem latrinis cum non tranſmittier artus
Poſſent; Æmilio corpora pote ruunt;
Præcipitata quidem motæ clamoribus vrbis;
Impia quæ buſto condier oſſa vetat.
Hunc Tybris lacerum fluitantibus excipit vndis:
Sparſaq́; ſub tumido gurgite membra vorat.
Tum verò matrem ſimilis cenſura peremit:
Omnia quæ Vario facta nefanda probat.
Inſano mulier quæ concita more, Senatum
Ingredier nullis legibus auſa fuit:
Conſeditq́; viros inter ſanctosq́; Quirites;
Totaq́; de ſcripto verba rogata dabat.
Quæ poſtquàm infami ſublata eſt morte; Senatum
Hinc ingreſſa quidem femina nulla fuit.
Protinus eraſum monumentis nomen: & ô ſi
Eraſum toto nomen ab orbe foret.
Ne ſimul hiſtorijs ea cognita fama Latinis
Idaliæ ſpurcas excitet atra faces.
Hac quamquàm expediat cauſa fortaſſè referri;
Cœleſti vt diſcas quæ bona, ſorte dari.

V *Imperioq́;*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Jmperioq́; malos nonnunquàm & faſce potiri,
Quos pœnam populis deſtinat eſſe Deus.
A cuius pendent cum læta palatia nutu;
Jpſius in ſceptrum lumina ſancta roges:
Ut cœlo firmante regas; poſsisq́; Tonantis
Præſidio lætos proſper adire gradus.
Atq́; aliqua populos cum dexteritate tueri:
Ne tua deformi Vita labore fluat:
Tranſmitta ſue tuum ventura in ſecula nomen,
Quod merito dignum nullus honore ferat.
Jmperium cœlo felix venit: auget olympus
Virtutem; & fauſtos dat Deus eſſe dies.

JMPE-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

IMPERATORVM ITALICORVM CLASSIS III,

AB ALEXANDRO SEVERO ad Conſtantinum Magnum.

ALEXANDER SEVERVS.

I.

CVm Vario diram celeraſſent numina mortem
Inclyta mox Cæſar regna Seuerus adit.
Hunc diui miſero ſolatia proſpera mundo;
Propulſoq; dabant gaudia ſera metu.
Illius haud dubijs vita eſt deſcripta Camœnis,
Magnaq; ab oppoſito lumina Rege capit.
Scilicet vt conſtet, quamquàm diuerſa ſecutos;
Ex vno geminos creſcere fonte lacus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Interdumq́; etiam radicibus acta profundis
Brachia, diſpariles prendere poſſe gradus:
Cumq́; aliud recto ſe tollat in in aëra vultu;
Ex alio haud ſimiles videris ira comas:
Sic diuerſo igitur ſobolem ſuccreſcere fato:
Ex vno quamuis germine nata ſiet.
Scilicet vt Varum ſceleratæ linea vitæ,
Quæ nimio eſt Veneris fœda furore, tulit:
Sic Conſobrinum moderatio grata coronat;
Et Virtus clarum reddidit æqua ducem.
Quem contra inſidias iam pridem ac tela Senatus
Aſſerit; ac Varij depulit arma trucis:
E medio vellet cum beſtia ſæua Seuerum
Tollere, & hunc tantum perdere dira virum.
Poſtquàm igitur Cæſar de ponte excuſſus arenas
Contigit, ac celeri mergitur oſſa vado.
Protinus hunc miles regni in faſtigia vexit;
Et rata diuinus facta Senatus habet.
Illum à primo viuendi flore iuuenta
Exculta eſt ſtudijs auctaq́; vita bonis.
Cum Mammæa quidem præſtantes arte Magiſtros
Formandis certè moribus æqua daret.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Hos ea priuato conduxerat ære: nec illi
Cæſaream voluit ſæpe patere domum.
Eximijs igitur vitæ rationibus vſus,
Venturo poſuit maxima ſigna Duci.
Indole non tantum ſed factis clarus honeſtis;
Cuiq; etiam curæ fama beata fuit.
Omnia ſectatus quæ dicere fortia poſſis,
Quæq; ſub haud tenui condita laude vehas.
Principiò patres merito dignatus honore
Inclyta conſenſu ſceptra patente capit.
Ingreſſusq; etiam Latio de more Senatum,
Magnifico pingi nomina flore vetat.
Ergo Antonini delatos pellit honores:
Nec Magni titulis condier acta ſinit.
Aſt acclamanti grates agit aduena turbæ:
Seq; ita geſturum ſceptra modeſtus ait;
Ipſius vt deinceps ſit amabile nomen: eoq;
Cenſeri ſeſe regna futura velint.
Quæ veram certè peperit Conſtantia laudem:
Gratior & tota Cæſar in vrbe fuit,
Nomina quòd ficti ſiet aſpernatus honoris,
Et proprio ſatagat creſcere velle bono.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Mox animum adiecit purgando ſordibus orbi;
Omnia quæ vaſto tecta furore premunt.
Scilicet inſano poſtquàm Heliogabalus igne
Sparſerat in Latias dedecus omne nurus:
Iuſsiſſetq́ palam ſceleratas creſcere flammas:
Et Veneris pariter furta nefanda coli.
Ergo exoletos & maſcula ſcorta, luemq́
Aut necat, aut tota pellier vrbe iubet.
Iudiciumq́ forumq́ malis, totumq́ ſenatum
Purgat; vbi infames non ſinit eſſe viros.
Tum fures Latio, cunctosq́ haud recta ſequentes
Exigit: hæc rigida crimina lance notat:
Cenſoremq́ agit, ac vitijs ingentibus vrbem
Liberat, ac ſanctas addit in acta manus.
Vtq́ erat ipſe etiam doctrina excultus honeſta;
Sic doctos magno fouit honore viros:
A quorum ſtabili nuſquam diſcedere dicto;
Lumina nec Iuris ſpernere tanta velit.
Quapropter merito ſubnixas robore leges,
Et decreta bonis moribus æqua dedit.
Tum ſibi diuinos præſtari Cæſar honores,
Quod Varius certè iuſſerat ante, vetat.

Inſigniq́

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Inſigniq; etiam ſub manſuetudine ciues
Accipit, ac vero cuncta pudore facit.
Nec quenquam alloquio prohibet; nec ſubmouet vllū
Cæſaream ſi quis triſtior orat opem.
Aſsiduus veterum legit monumenta; palamq;
Regibus hoc ſummum dixerat eſſe decus.
Eximios igitur ſtudijsq; ac arte Magiſtros:
Et quibus Hiſtoriæ cognita norma fuit,
Conſilijs adhibet; totosq; admittit in vſus:
Eſt quibus Auſonio gloria parta Duci.
Sic ergo caſtis aſſerta eſt gratia Muſis
Lætaq; Pegaſeis extitit aura deis:
Quòd Princeps ſtudijs ita delectatus; amarit
Quos habuit doctos Itala terra viros.
Annua pauperibus iubet eſſe Salaria: ne quid
Durius ingenijs obſit ad alta bonis.
Et tamen in tanta morum bonitate gubernat:
Cum Diſciplinæ maximus acta regit:
Quòd neq; Præfectis indulſerit vlla; nec ipſis
Militibus ſolito viuere more dedit.
Ergo vbi iam ſolidis Reſpublica legibus aucta eſt
Et firmata domi Paxq; fideſq; fuit:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

In Perſas aciem, felicia prœlia, mouit,
Atq; Artaxerxen atterit enſe Ducem.
Illius ingenti flagrabant cornua bello,
Atq; Elephantorum corpora vaſta ferunt.
Falcatosq; etiam currus; celeresq; phalangas,
Nec ſatis & numero millia nota tulit.
Quod Cæſar robur metueudaq; tela ſubegit,
Cum Latio tantam frangeret enſe manum.
Victor at Antiochi cum fortè reuertitur vrbem,
Militibus prædam lrcraq; parta dedit.
Hinc Romam venit, victoq; triumphat ab hoſte,
Et Superis reddit Vota dicata dijs.
Exhibet & populo claros ſpectacula ludos,
Circenſesq; iubet ferre Theatra ſales.
Inclyta mox Latio diuiſit munera Ciui,
Et recreat ſanctos moribus hiſce patres.
Qui quantum creſcit Romàna in ſceptra Seuerus,
Tantum etiam Regis geſta Senatus amat:
Felicemq; vocat tali ſub principe Romam,
Cui ſolida virtus conſtat auita baſi.
Aſt Germanorum ſperatam turba quietem
Rupit, & in Gallos triſtia bella mouet.

Quos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Quos ſimul aſſertum cum fortè Seuerus abiret;
Et Sicila primam ferret in vrbe moram:
Militibus cœpit Gallis inuiſus haberi,
Hos diſciplina cum grauiore regit.
Illi igitur Iuuenem; quo non præſtantior alter
Auſonias vnquam rexit & auxit opes:
Concurſu obtruncant medio; geminantq́ue iacenti
Vulnera: & impacto ſpiritus enſe fugit.
Quoq́ue etiam perijt genitrix oppreſſa tumultu;
Quòd Gnato parcas ſuaſerat eſſe manus.
Exitus hic vitæ fuit & ſua meta Seuero;
Qui quantum Latijs præſidet acer agris:
Inſignem præſtare Ducem, ſanctumq́ue pudicumq́ue,
Et quem non merito carpere iure potes.
Exemplarq́ue vtinam ſit Regibus ille futuris:
Eximio cuius viuere more velint.
Eunuchos totis ſubmouit ab actibus aulæ,
Femineaq́ue iubet ducere penſa manu.
Id genus inuiſum eſt hominum; quod Regibus vnum
Obſtat; & in varios flectit agitq́ue modos.
In Diuos pietas Matremq́ue effuſa parentem,
Præcipuo certè nomine digna fuit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Vſuris formam ſtatuit: lateq́ vagari,
Et capere effičto nomine dona vetat.
Tum placidè ſolitus cauſas audire reſedit,
Ac hilari prorſus ſcommata fronte tulit:
Nil ſtomacho indulgens, nec ſæuam elatus in iram,
Suſtinet aduerſas iurgia crebra minas.
Tantiſperq́ manet tota dum lite ſoluta,
Damnato vidit creſcere iura reo.
Egregiè prudens, cui nemo imponere poſſet:
Et blando cautum pectus in ore gerit.
Impendit Græcis operam ſcriptoribus: at nil
Intereà Latios negligit ipſe viros.
Quod Plato philoſophis; hoc ſit Maro vatibꝰ, inquit,
Cum proprijs dici poßit vterq́ Deus.
Quin agè præſtantum complexus carmine Vitas,
Edidit ingenij plurima ſigna boni.
Tum verò quoties conuiuia læta celebrat,
Doctrina claros iußit adeſſe viros:
Hijs equidem ſolis ita delectatus; vt eſſet
Regia Pegaſeis menſa referta iocis.
Fabula leniret conceptas pectore curas;
Hiſtoriæq́ etiam commoda multa darent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Quæ res vna quidem, referas ſi vera, peregit
Eximia caſtum viuere laude Ducem.
Quiq́; etiam poſſet Sapientis clara mereri,
Quæ ſunt iudicio nomina ſumma meo.
Vtq́; minus dubites quibus hunc doctoribus vſum
Dixeris: hæc dulci nomina mente tene.
Paulus & Hermogenes atq; Vlpianus, & acer
Fabius, ac Proculi vita beata ſenis.
Inde Modeſtinus, Venuleius aſper; & ille
Qui rectum toto pectore Celſus amat.
Tum Florentinus; tum mox Calliſtratus: omnes
Exculti ſtudijs Papiniane tuis.
Lumina ſumma quidem iuriſq́; ac gloria regnis
Cæſaris hic prima laude Senatus erat.
Quo monitore ſuos conuertit ad optima mores:
Et ſequitur nullo facta beata metu.
Huic natura etiam melioribus edita diuis,
Viuendi rectè ſemina læta dedit.
Nec tamen euitat ſcelerati militis enſes,
Quo minus atroci corpora morte cadant.
Quamquàm optaſſe ferant tali ſe occumbere letho:
Et ſe pro Regni poſſe perire bono.

Annuit hoc fatum, ſed honeſta morte negauit:
Tantum equidem dubiæ numina ſortis alunt.
Imperij tredecim moderatus ſceptra per annos,
Infida ſubijt fata cruenta manu.

IVLIVS MAXIMINVS.

II.

CÆſar Alexandro ſucceſsit Iulius. hic nil
Eximij tanto fultus honore, gerit.
Improba mens homini; corpusq́ immane, ſub omnes
Militiæ toto venerat aſſe gradus.
Quin ſtolidis inerat tam vaſta ſuperbia dictis,
Noris vt hac Thracem futilitate virum.
Et tamen hunc Gotthi Latio genuere parentes:
Barbarica regeret qui ſacra ſceptra manu.
Hic igitur paſtor cum prima ætate fuiſſet,
Hæmonio ſparſos pauit in orbe greges:

Aduectus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Aduectus Romam Latiasq́ profectus in oras;
Tempore quo primus regna Seuerus habet.
Noticiam tanti tum Regis adeptus; eò quòd
Admiſſum curſu vincere poſſet equum:
Atq́ vno lixas ſudore euerterit omnes:
Opponi quotquot iuſſerat aula viro.
Quæ res tantoperè viſa eſt placuiſſe Seuero;
Protinus vt torquem, præmia læta, daret:
Ac ſtipatores inter præceperit eſſe:
Qui fido corpus principis enſe tegant.
Hac igitur primùm creſcens virtute; ſequentes
Multiplici cautus promouet arte dies.
Proceroq́ etiam cum candida membra fuiſſent;
Penè nouem vicit tanta figura pedes.
Conſpicuus forma facieq́ decorus honeſta:
Quæ magno poſſet dicier apta bono.
Quamquam Barbarici cumulabant crimina mores;
Omnia quæ turpi grata furore premunt.
Namq́ procax aſperq́ fuit, contemptor; vt inde
Haud magno Thracem noſſe labore queas.
Sub Caracalla equidem meruit ſtipendia rege;
Principe ſed Vario noluit vlla ſequi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Aſt cum Dij placido firmaſſent regna Seuero,
Militiæ rurſus munera priſca petit:
Tyronumq́; manus ventura efformat in arma:
Et varia Latios inſtruit arte Duces.
Donec & hic tandem iugulato principe regnum,
Cùm ſceleris fuerit conſcius acre capit.
Inuito quamuis obtruſa palatia narret,
Sceptraq́; ſperanti tradita nulla viro.
Purpura crudeli gladio ſubnixa minisq́;
Iniecta eſt humeris, inquit, acerba meis.
Aut quid non potius? quid non mihi mollius optem,
Quàm mea tam vaſto pondere colla premi?
Sed quia me miles minitans extrema coëgit;
Defenſum toto dicere iure potes:
Qui fato cedens oblata capeſcere vellem;
Cum nihil hic vita charius orbis alat.
Præcipuè regni ſi ſit delata poteſtas:
Vnica quæ fortes vincere cauſa poteſt.
Hoc ſe defenſum ſtatuit diſcrimine. ſed qua-
cunque is Romuleas ceperit arte domos:
Hoc certè affirmes, animal crudelius vſquam
Non vitæ dubios ſuſtinuiſſe dies.

Cui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Cui tantum feritatis & inſtar acuminis eſſet;
Omnia quo triſti recta furore premit.
Nil actum multis niſi mors cumulata diebus;
Dum ſibi ſuſpectum Barbarus omne ſinit:
Cæſaris & functi gratos necat aſper amicos,
Et tota effuſo caſtra cruore grauat.
Nec maius quicquam geſtum eſt. nam milite latas,
Quòd Germanorum vaſtat & igne domos;
Nil pretij eſt. tantum promotæ in culmina flammæ
Abſumunt miſeros ruſtica tecta lares.
Inſtructam quiſquis tentauit milite gentem,
Et victo lætas rettulit hoſte manus:
Hunc ſua fulgenti decorarit gloria facto;
Veraq; ſub populi præmia voce feret.
At facibus vaſtare domos; iugulare puellos,
Femineóſue truci ſternere cæde greges:
Haud magnam pariet graſſanti in funera laudem;
Nec ſolidum merito ſtruxerit ore decus.
Ergo vbi conſtabat ſæuo res vera Tyranno
Auſonijs alium ciuibus eſſe Ducem:
Exarſit ferus, ac magnas ſe effudit in iras
Ingenteſq; auido proflat ab ore minas.

Nec

Nec mora, contraxit ſceleratum cædibus agmen;
Italicosq́; petit milite fretus agros:
Adducitq́; celer notas virtute cohortes;
Quam prius ex omni traxerat orbe manum.
Primaq́; tentata eſt Aquileia diues. at illam
Dum fruſtra oppugnat Iulius, enſe cadit.
Milite transfoſſus proprio: qui dixit; & Ouum
Alite de praua nec ſupereſſe decet.
Et pariter Gnatum cæſo cum patre trucidat,
Quo nullus Latio pulcrior orbe fuit.
Tum capita Auſonias pilo delata per vrbes
Gaudia non populis parua tuliſſe ferunt.
Donec & in proceres veniunt ſuffixa Quirites,
Qui procul in fluuium ſpargier iſta iubent.
Hoc addam: tali virtus Aquileia motu,
Romanis ſartam præſtitit alta fidem:
Vt vel femineis neruos è crinibus aptent,
Quo tum præſidio miſſa ſagitta fuit.
Tertius hunc annus graſſantem vidit: & vnà
Cum ſobole ac regno vita moleſta fugit.

GOR-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

GORDIANVS.

III.

VIr bonus, & meritò primis celebratus ab annis
   Gordiaca clarus nobilitate fuit.
Reddidit hunc cœlum deuictis mite Tyrannis:
   Auguſtus Latias qui regat alter opes.
Qui genus è veteri maiorum ſtemmate traxit;
   Cum dederit patrios Scipio magnus auos.
Maternum ſedenim Traiano à principe duxit:
   Inclytaq; è gemino linea fonte coit.
Vtq́; erat eximia prognatus origine: ſic ſe
   Imperio dignam vita modeſta probat.
In qua nil fuci cæcæ'ue libidinis; & nil
   Quam meritò damnes, aſperitatis erat.
Excoluit Muſas, ſtudijsq́; imbutus honeſtis
   Hac ſibi præcipuum contrahit arte decus.
Qui charus populo reueretur honore Senatum,
   Et data magnifico ſceptra decore gerit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Juſticiæ & Virtutis amans ſemouit ab omni
Imperio, quorum eſt vita notata viros:
Vendere qui fumum ſoliti; non nota Monarchis
Vel reſponſa ferunt, vel malè torta grauant.
Mox ſocerum legit Miſithæum: cuius in omnes
Vita equidem laudum venerat aucta gradus.
Qui cum doctrinis vſuq́; modoq́; valeret,
Eximiam Genero contulit acer opem.
Et regere è vera populos virtute docebat:
Quæ fida eſt ſummis anchora ſola viris.
Hinc vbi Perſarum ſunt cognita bella; profectus
Hoſtiles celeri contudit enſe manus.
Finibus exegit Romanis agmina, multo
Quæ numero è tota Perſide turba furit.
Hocq́; opus eximia Soceri virtute peractum eſt;
Vnica quæ Iuueni norma ſalusq́; fuit.
Poſtea ſublatus morbo eſt Miſithæus: at inde
Fortunæ aduerſos Cæſar agebat equos.
Expertusq́; dolos ſcelerati ac arma Philippi,
Cui prius ingrato commoda multa tulit:
Cum fruſtra & regni partem concedat; & aui
Quod reliquum eſt, miſera voce rogando petat.

Aſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Aſt nihil obtinuit: medium ſed tractus in orbem,
Inclytus inſano militis enſe ruit.
Principe quo melius Latio nil fata dediſſent;
Longius Auſonias ſi tenuiſſet opes.
Stulticia eſt feciſſe malis benè, nam benefactis
Etſi magna ſient, gratia nulla redit.
Si ſanè extollas; te deprimit improbus, hæc te
Euertant, quæ tu confugia eſſe putes.
Vndeq; conſiſtas, poteris cecidiſſe videri:
Cum quæ te ſeruet perdere cauſa velit.
Huius erat toties quæ vox celebrata; monebat
Auſonij duras Cæſaris eſſe vices:
Qui rerum nequeat cùm fortè inſpector haberi,
E delatorum iudicet ore bonos.
Quæq; expenſa putat, nonnunquàm falſa ſequatur:
Et minus æquata cuncta bilance probet.
Sex annos regno dum Cæſar præſidet; iſto
Quem dixi, vitæ finijt acta modo.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

PHILIPPVS ARABS.

IIII.

IMpius inuaſit iugulati ſceptra Monarchæ:
Tantaq; deluſis patribus arma capit.
Qui quamuis Araba natus de gente fuiſſet;
Sors tamen hæc minimè regna ſubire vetat.
Jndignus claros inter qui nomina Reges;
Nomina perpetuo crimine fœda, gerat.
Heu quantũ ſceleris, quantumq; aliquando furorum
Faſcibus indignas admouet arte manus?
Ordinis aut tanti quis conſcia numina ſciret,
Si non authores crederet eſſe Deos?
Et tamen haud tenui cumulantur multa periclo,
Quæ malus accenſo ſpiritus igne mouet.
Quem graſſari equidem patitur Deus: illius vt te
Jncolumem tantum viuere lege ſcias.
Si quid regna boni, ſi quid moderantur honeſti;
Omnia de ſuperis recta venire putes.

Hij,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Hÿ, quales populi nonnunquam vita meretur,
In media faciunt viuere plebe Duces:
Qui ſi crudeli mores ætate ſequuntur;
Offenſi ſignum vindicis eſſe ſcias.
Chriſtus at intereà ſi quæ ſunt recta tuetur:
Authoremq; vides ordinis eſſe Deum.
Is ſi fortè ſinit graſſari aliquando Tyrannos;
Conſilÿ cauſas arbiter huius habet:
Decernitq; malis tendendi in crimina metam,
Quos vltra fines rumpere dextra nequit.
Quin age flagitÿs ne deſint præmia; cum iam
Meta reſoluendos vltima ſiſtit equos:
In foribus ſtabulat crudelibus incita pœnis
Vltio, & in proprium mergitur æqua caput,
Authoremq; petit: Qui ſicut in ardua multos
Funera vibrato ſæuior enſe dedit:
Sic rurſus gladio feriendos præbeat artus;
Quodq; alÿs dudum præſtitit, ipſe luat.
Ergo vbi præſtantem, ſcelerum ſentina Philippus
E medio varia ſuſtulit arte, virum:
Re velut ex animo iam geſta exultat; & inde
Cæſaris Auſonÿ nomen & arma gerit.

Protinus aſſenſum Perſis in fœdera iungit;
Priſcaq́; deformi prœlia pace notat.
Quæq́; alijs Latio victoria parta cruore eſt,
Militibus pretij nil ſinit eſſe ſuis.
Tum properat Romam; ludisq́; ingentibus inſtat,
Qui ſua de ſeclo nomina longa tenent.
Magnifico certè quos tum ſub honore celebrat,
Et varijs cumulat cuncta theatra bonis.
Nec tamen iſta diu manſerunt læta Tyranno;
Cum Nemeſis meritas redderet æqua vices:
Sarmaticos fines Scythicis agitarier armis;
Et Latiæ multas tollere gentis opes.
Quæ ſimul Auguſto res vt delata fuiſſet;
Italicos magno fama dolore ferit.
Extemploq́; viros Decio committit; eumq́;
Aduerſos Cæſar ducere iuſsit equos:
Tutari fines, hoſtemq́; expellere regnis;
Et ſua Sauromatis reddere iura viris.
Paruit Auguſto Decius: cui miles eunti
Iam totum Imperij nomen habere dedit:
Iniecitq́; humeris chlamydem; quam regia texit
Purpura, Cæſarij pignus honorq́; boni.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Quæ poſtquam Romam perlata eſt fama, Philippum
Perculit; ac mœſtum ſpeſq́ metuſq́ premunt.
Utq́ erat impatiens ſcelerati & conſcius acti,
Effræno tumidas concipit ore minas:
Et Decio mortem ſupremaq́ funera iurat:
Seq́ adeo nullis parcere velle fremit.
Nec mora conſcribit turmasq́ ac agmina; quo ſe
In præceps conicit robore fretus iter.
Ultio ſed foribus nunc incubat illa, profuſi
Quæ pœnas toto ſanguinis aſſe petat.
Ergo vbi peruenit Veronam exercitus vrbem;
Commerito Regem protinus enſe necat:
Exſcinduntq́ caput medijs quà dentibus extat
Celſius, ac cerebri ſacra medulla iacet.
Tempore quo Romæ iugulatur Gnatus; habere
Cæſareos iuſsit quem pater ante gradus.
Hunc Chriſto nomen memorant aliquando dediſſe,
Lotaq́ Baptiſmi pectora fonte canunt.
Quæ ſi vera quidem tibi prodita fortè putabis;
Fucati tantum militis acta vides.
Nec cōſtat, quid credat Arabs; quē vita Tyrannū
Et procul à Chriſti relligione probat.

Sic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Sic ſua cum luſtrum tenuiſſet regna Philippus,
Immani prorſus vulnere ſectus obit.

DECIVS.

V.

EXimia præſtans animi virtute, Tyranno
Occiſo Decius regna gerenda ſubit.
Hunc Bibali claris dixere parentibus ortum;
Quem tulit inſignem Pannonis ora virum.
A prima viſus ſapiens ætate: quòd eſſet
Indole ad excelſas conditus vnus opes.
Attamen et gradibus contendit ad omnia; magnum
Quæ meritò credas poſſe decere virum.
Non illum ambitio, ſuffragiáue empta Monarchis
Acceptum, Virtus vna ſed eſſe dedit.
In quo lucebant naturæ ſemina rectæ,
Quæ ſua venturis faſcibus acta ſtruunt.

Hunc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Hunc igitur mittit cum fortè in bella Philippus,
Vt motus frangat ſæue Marine tuos:
Principiò officium moderata hoc mente recuſat:
Vtile mox etiam Regibus eſſe negat.
Inſtat at Auguſtus, Decioq́; id muneris addit,
Mæſiacas celeri frangat vt enſe manus.
Sed ſupero res acta Deo eſt; qui regna Philippis
Abrogat, ac Decio ſceptra regenda dedit.
Hunc etenim miles venientem protinus ambit
Purpura; & Imperij carpere ſigna iubet.
Qui, poſtquàm Auguſtus fato occubuiſſet, in vrbem
Mox redit; vt Latijs approbet acta viris.
Illi equidem Decio meritos gratantur honores,
Commendantq́; ſacro Romula regna Duci.
At cum fortè parum nunc eſſet in vrbe moratus,
Cæſaris in Gnatum iura venire ſinit.
Hos ſiquidem titulos; atq́; hæc tum facta Senatus
In ſobolem grati Principis ire dedit.
Nullius in ſanctos reuerentia tanta Quirites,
Quanta equidem Decij Cæſaris vna fuit.
Qui, ſi quæ patribus poterant placuiſſe videri;
Hæc ſibi non etiam diſplicuiſſe probat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Publica permiſit Maioribus acta: ſed vrbis
Cenſuram is magna dexteritate nouat.
Mox contra Gotthos Schitycasq; profectus habenas,
Thracica qui vario milite rura premunt:
Conflixitq; etiam Latijs feliciter armis;
Hoſteq; compreſſo millia multa necat.
Donec & hic tandem Gallo prodente peribat,
Quo Decius in fido tum duce fretus erat.
Hoſtibus hic monſtrat quo perdi tramite Cæſar
Poſſet; & è quali quiuerit arte capi.
Ergo vbi poſtremi promouerat agmina belli,
Inſidijs tandem fractus vterq; cadit.
Filius egregij ſtrategemata principis vrgens
Fata quidem iaculis accelerata ſubit.
At pater ingenti ſua membra voragine mergit;
Sanctaq; pro patriæ colla ſalute vouet.
Quæſitum corpus nullis reperirier vndis,
Nec merito poterat condier vrna loco.
Optimus hic vera memorandus laude fuiſſet;
Ni Chriſto ſæuas iuſſerit eſſe manus.
Qui quòd ſiderei contempſerit agmina regni,
Haud ſua ſub placida tempora morte ſecat.

Natura

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Natura certè præſtantem Roma probauit;
Atq; annis Decius ſceptra duobus habet.

VALERIANVS & GALIENVS.

VI.

MOribus ac recti ſtudio, vitaq́; modeſta
Illuſtris, regnum Vallerianus adit.
Hunc ſacer imperio, communi voce Senatus
Approbat, ac faſces ſponte ſubire iubet.
Non alium Virtus maior dedit eſſe Monarcham:
Nec populis alium ponere cura fuit.
Æmilianum etenim Gallumq́; & cætera monſtris
Corpora, nequicquam principis eſſe putes.
Inuaſit tantùm ſacros ea turba Quirites,
Nil planè eximiæ cætera laudis habens.
Præcipuè verò culpandum ſecula Gallum
Omnia, ob inuiſi fœderis acta dabunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Qui Maieſtatem Romani & vincula regni,
Indigno prorſus ſoluerit alta metu.
Hic eſt qui Decium ſcelerato prodidit ore:
Et Latiam fœda ſuſtulit arte manum.
Vtq́ etiam imperio, ſummisq́ fruatur habenis,
Promittit Scythicis dura tributa viris.
Et Libertatem quæ tantis hactenus armis
Parta fuit, tantis obruit iſte malis.
Cumq́ Deus voluit Romanam excellere gentem,
Quæ ſummum toto nomen in orbe gerat:
(Scilicet vt domitis Romana per arma Tyrannis,)
Auſonium ferrent barbara regna iugum:
Et Virtus pariter Legumq́ vigeret honeſtas,
Pœnaq́ commeritos inferat æqua metus:
Tum diſciplinam Romana palatia ſeruent,
Nec latè flammas ſpargere bella ſinant.
Præmia Virtuti decernant vera; domentq́
Flagitia, ac gladio crimina fœda notent:
Hoc decus imperij partosq́ cruore triumphos,
Barbaricis cedit Gallus ineptus equis:
Dum ſua ſubmittit Gotthorum, tela phalangi,
Et patitur Scythicas in ſua colla manus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Qui regnare quidem vt poſſet; rempublicā & omnes
Imperij certè prodit iniquus opes.
Cæſareis igitur ſecluſus honoribus, inter
Latronum referat nomina fœda greges.
At populi iuſſu totaq; è voce Senatus
Regnorum faſces Valleriane capis.
Hunc etiam Decio ſub principe Roma probauit:
Cenſuram Latiæ qui pius vrbis agat.
Tanta hominem virtus, tam gloria certa vehebat,
Crimine qui nocuos non ſinit eſſe dies.
Quapropter merito regnorum culmina plauſu
Suſcipit, ac tota Cæſar in vrbe regit.
Imperioq; etiam Galienum iungit, & eſſe
Conſortem Gnatum Romula turba probat.
Spem tamen Auſonidum princeps vel vterq; fefellit,
Vel duris fati legibus alter obit.
Vallerianus enim traducto milite Perſas
Tentat; & aſsiduis hoſtibus arma mouet.
Cumq; loco Cæſar pugnat Romanus iniquo;
Perſarum captus rege Sapore fuit.
Cui non captiuo tantum cuſtodia; verùm
Fortunæ varium pondus agentis erat:

Scandenti quòd equum ſubmiſerit ille Tyranno,
Quæ calcans preſsit colla verenda Sapor.
Hæcq́ adeò tolerat vitæ infortunia: donec
Penè ſub extremo membra calore labant.
Tunc etenim varia miſerum cruce Perſa fatigat;
Detrahierq́ ſeni tergora tota iubet.
Id paſſus fortaſſè mali; quia ſorte potitus
Auguſta, Chriſtos agmina ſacra necat:
Sic, homines etiam nonnunquam vt mactet; & aris
Sæuior innocuo ſæpè cruore litet.
Intereà capto Galienus patre gubernat,
Et prorſus ſtultum præſtat agitq́ Ducem.
Hic nihil egregij toto ſectatus in æuo,
Obſcœni tantum flamma caloris erat.
Interdum quamuis aliquid tentaſſe videri
Poſſet; & ingenij non caruiſſe bono.
Sed tamen haud dignum Romana ſtirpe feratur;
Præcipuè in vinclis quòd ſinat eſſe patrem.
De quo cum queſti ciuesq́ ac Roma fuiſſet;
Eluſit varijs ſeria tanta iocis:
Cum tamen & multi ſtuduiſſent ſoluere capto,
Quæ iam difficili vincula ſorte tulit.

Filius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Filius at nulla motus pietate parentem
Deſerit; ac Veneris libera caſtra colit:
Delicijsq́ue vacat. tum ſcenica multa profeſſus
Conſueta populum callidus arte capit.
Poſteà graſſandi cum facta licentia multis
Eſſet; & in varios exijt aucta Duces:
Poſthumus inuadit Gallorum regna; tenetq́ue
Intereà forti Regia ſceptra manu.
Aſt Odenatæos oriens promouit honores,
Principe quo varijs certat arundo plagis.
Nec tamen hac ſeſe Galienus clade moueri,
Nec patitur tantis corda dolere malis.
Paſcere fucoſis abdomina cæca popinis
Inſtat, & infuſo lambere pocla mero:
Natus ad hoc ſtupris vinoq́ue vt perderet orbem,
Maiores ſaluum quem voluiſſe putes.
Hoc igitur ſub rege fuit Laniena virorum;
Dum ſibi quiſque ſuos vendicat enſe gradus.
Quin ſimul inuadunt ea ſceptra triginta Tyranni:
Femineosq́ue videt Roma præeſſe greges.
Omnis ad extremum proprios prouincia Reges
Suſcitat. Hæc illi crimina crimen alit:

Ut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Vt cum delicijs ſubigat ſua pectora; faſces
Inuadant alijs regna relicta locis.
Tantiſperq́; calet ſcelerum labor; ardua donec
Militibus caſus fata Monarcha ſubit.
Hanc mundi labem & ſpurcæ ludibria vitæ
Penè tribus luſtris Romula terra videt.
In quibus at genitor ſceptro dum præſidet; annos
Cum Gnato ſeptem Vallerianus habet.

FLAVIVS CLAVDIVS.
VII.

CLaudius ingenio & nulli bonitate ſecundus,
Extincto regni principe ſceptra gerit.
Omnibus hic numeris cum vir clariſsimus eſſet,
Præcipua vitæ munera laude tulit.
De quo ſolo equidem mentiri fama veretur;
Virtutis tantum pectus & vſus habet;

Contigit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Contigit Auſoniæ quo nil duce gratius vrbi,
Quem populus merito cunctus honore colit.
Singula quæ fuerant alijs bona, Claudius vnus
Omnia ceu proprio pectore nata tenet.
Auguſto ſiquidem quæ ſancta Modeſtia primo
Adfuit; vt veterum ſcripta diſerta canunt:
Aut Antonino pietas: aut quanta beato
Traianum virtus extulit aucta gradu:
Omnia in hunc vnum conſpirant læta Monarcham:
Quo melius dici nil mihi poſſe vides.
Delendis natum memorant quem gentibus eſſe,
Barbara quæ vario nomine regna gerunt.
Errantes igitur latè compeſcuit hoſtes:
Multaq; funeſta millia ſtrage necat:
Vndiq; quos totus velut in ſua vulnera mundus
Excitat; audaci perdat vt arua manu.
Præcipuè Auſonios infeſtant agmina fines,
Quà ſua Sarmaticas aſpicit aura plagas.
Jd Scythicis primùm ſe infudit robur ab oris:
Vt Borea veniunt ſæua tonante niues:
Atq; etiam Latij ſuperato limite regni
Romuleas latè depopulatur opes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Regnaq; deuaſtant, prædaſq; auferre; duceſq;
Obterere, & ſæua fundere cuncta manu.
Peucini, Quadi, Trutingi, acreſq; Gepidæ
Virtungi, ac Herulis Gotthia mixta feris:
Sauromatæq; truces, auſteraq; pectora Daci,
Quæq; alit Euxinis robora pontus aquis.
Inde Alemannorum coniunctis agmina Celtis;
Quoſq; tulit reliquos Barbara terra greges.
Omnibus vna fuit Latium quibus ire per orbem
Cura; nec in proprias velle redire caſas.
Præcipuè Scythicis quæ gens armata pharetris
Europæ didicit commoditate frui.
Hæc equidem populis patefecerat oſtia Gallus,
Romanas prodit dum malè Cæſar opes.
Ex illo ſiquidem Latijs ceruicibus hoſtis
Imminet, ac vario noſtra furore petit.
Tempore res etiam quo publica penè Tyrannis
Ceßit; & eſt vario Regia quaſſa metu.
Claudius hîc igitur, quó ferret bella rogatus,
Dixit; ego in Scythicos prima mouebo viros.
Publicus hic Latijs eſt gentibus hoſtis. at in me
Cætera priuatim turba manuſq; furit.

Nec

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Nec mora, Benaci circum ſola littoris acer
Primò Alemannorum millia multa domat:
Afflixitq́ue graui ſuperatas vulnere turmas:
Relliquiasq́ue citam cogit inire fugam.
Mox Scythicas varia graſſantes cæde cateruas
Ter fera dat centum millia penè neci.
Attamen in Gotthos labor vltimus extitit. hæc gens
Fortior è reliquis omnibus vna fuit.
Quamq́ue ita contriuit captis præſtantibus; vt nil
Mancipijs equidem crebrius hiſce foret.
Quæ perfecta quidem cum prœlia dura fuiſſent,
Fatalem ſubijt Claudius ipſe diem.
Hunc oſtenderunt nam tantum numina terris,
Et nihil imperium longius eſſe ſinunt.
Heu nimium fortuna potens; ſi fortè fuiſſet
Auſonijs etiam ſors ea firma viris.
Claudius hic regnis Latioq́ue reducere pacem
Poſſet; & in priſcos cuncta referre ſtatus:
Ni citius rigida ſublatus morte ſubiret,
Quos properant nocuos aſpera fata dies.
Hunc equidem electum Galieno principe narrant,
Sceptra quidem imperij qui meliora regat.

Et miſiſſe ferunt Auguſti pignus honoris,
  Claudius vt Ticini fortè moratus agit.
Attamen haud longo fortuna ea conſtitit vſu:
  Sed ruit impulſo præcipitata pede.
Turbataſq́ hominum turbataq́ pectora mentes
  Deſerit; ac vario perculit omne metu.
Quamuis ipſe quidem cum Claudius exijt æuo,
  Dixerit hos faſces Aureliane tuos.
Huic ſtatua & Clypeus fulgenti totus ab auro,
  In Capitolina conditus æde fuit:
Virtutis magnæ teſtis; quæ grata Nepotes
  Mouerit; vt ſimili præmia laude velint.
Adſcriptuſq́ Dijs Romana palatia cernit,
  Vix annos regni cum gerit arma duos.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

AVRELIANVS.

VIII.

AVrelianus adit Romani culmina regni,
Cum tenet æthereas Claudius aſtra domos.
Hic varius, truculentus, & in ſua cõmoda ſpectans:
Ex Daco genitus dicitur eſſe patre.
Obſcura certè tum natus origine: ſed cui
Gloria de tanto principe magna venit.
Omen erat; cunis Aquila tollente leuatum
Vicinæq́ aræ reddita membra dari.
Nec minus & vitulo indicium fuit: illius armos
Hinc atq; hinc regni ſigna futura notant.
Nam genitus candore niues cum vinceret: iſtinc
Fulget auis; ſed & hinc facta corona viret.
Id matri oſtentum poſtquam fuit; ardua gnatum
Curat, & hunc claris rebus adeſſe facit.
Inuectus Romam quapropter magna capeſcit,
Cæſareisq́ dedit facta probanda viris.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Nec ceſſauit enim donec Virtute magiſtra
Ad ſummos venit facta per alta gradus.
Claudius hunc igitur, cum Gotthis bella moueret,
Militibus ſummum iuſſerat eſſe Ducem.
Qui ſe difficili talem præſtabat in actu;
Faſcibus vt dignum Claudius eſſe probet.
Militis hunc igitur poſtquam fauor extulit; acer
Hæc rata conſenſu geſta Senatus habet.
Cæſar at eximio præſtabat corpore, neruis
Firmus; & in Gnydiam rara libido deam.
Appetit interdum cupido mera grata labello:
Et tamen hic etiam norma modusq́ fuit.
At diſciplinæ cuſtosq́ ac anchora: cui nil
Laxando quiſquam blandula verba daret.
Cuius in imperij prima ſub origine, dura
Sunt Marcomannis prœlia mota viris.
Horribili prorſus gens hæc certamine cunctas
Vaſtat, & inſano proterit enſe plagas.
Iamq́ adeò Tuſcæ penetrarat in oppida terræ,
Et Mediòlanas occupat arte domos:
Cum ſua munito regnorum limite Cæſar
Cogitur Italicis arma referre bonis,

Quæ

Quæ cum diripier fama memorante videret;
Haud ſinit infeſtas longiùs ire manus.
Sed properans Latio ſe milite firmat: & acri
Oppreſſos tandem perculit enſe viros.
Teſtis es haud tenui ſubuecta Placentia muro;
Eſſe quidem haud minimo parta trophæa malo.
Romani cecidere duces; & multa bonorum
Turba cruentato pectore fracta cadit.
Inde Metauro etiam depugnans proximus amni
Sueuorum letho corpora multa dedit.
Tandem Alemannorũ Ticini prope mœnia turmas
Strauit; & effuſo victor ab hoſte redit.
Mox Romam inuectus, non maxima crimina duro
Supplicio, & grauibus punit adacta modis.
Idq́ adeò: vt nimia velut aſperitate ferocem
Oderit, ac tacito miles ab ore premat.
Etſi autem meritò mihi diſciplina probetur:
Regula pendendis ſit tamen æqua malis.
Peccato par pœna pari ſub lance feratur;
Sitq́ ea Iuſticiæ forma venuſta deæ.
Cæſareas igitur tam duri pectoris iras;
Plurima cum culpet, plurima turba probat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Nec dubium eſt aliquando bonos excedere metam;
  Cum Nemeſis validas concipit aucta faces.
Optima res modus eſt. ſed ſi quis finibus addat
  Affectus; facilè eſt haud retinere modum.
Hinc iterum Syriam petit Aurelianus, & acres
  Jllyrio Gotthos millia quinq; necat.
Mox Aſiam ingreditur, Palmyræq; ardua cingit
  Mœnia; quæ vano firma labore quatit:
Zenobiam tandem cepit tamen. inde reuerſus
  Jtalico ſtatuit ſumma trophæa ſolo.
Jnuectusq; Vrbem claro ſua bella Triumpho
  Ornat; & ingenti præmia laude capit.
Jnclyta præcedens currum Regina, monebat
  Fortunæ varias eſſe ſubinde vices.
Poſſeq; vel magnos verti in ſua triſtia Reges,
  Et ſubita prorſus maxima clade premi.
Hanc Romana tamen magno gens iuſsit honore
  Viuere, & haud duro claudere fine dies.
Tum rurſus Cæſar facturus prœlia Perſis
  Agmina conſcripto milite denſa mouet.
At Byzantina cum fortè exiret ab vrbe,
  Haurit ab infida fata ſuprema manu.

Cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Cum luſtro ac aliquot rexiſſet menſibus orbem:
Et diſciplinæ norma cruenta foret.
Militis hic facinus crudeli morte piauit;
Legitimum vetito qui premit igne thorum.
Arboris inſerto ſubducta cacumina fune
Contrahit, ac flexis alligat arcta comis.
Hos inter ramos perituri militis artus
Nectit. at vt Beſſum fama perire fuit;
Sic iubet arboreos inciſo fune dolones
Rupta quidem aërijs membra referre plagis.
Hunc Ducis officio quapropter ſæpè Diocles;
Aſt aptum nunquam Principis eſſe probat.

TACITVS.

IX.

HVnc Romana ſenem gens tota capeſcere regnum
Iußit; & auguſta fræna tenere manu.

Illius inſigni radiabat vita decore:
Plenaq; maturo tota pudore fuit.
Hactenus arrepto miles ceu iure crearat
Quem velit è proprio corpore ferre Ducem.
At verò poſtquam grauis Aurelianus obibat;
Ius legere Auguſtos patribus eſſe dedit.
Quæ via militibus coniunxit ſola Quirites,
Cum reparat priſcos curia ſpreta ſtatus.
Deferat hunc igitur patribus cum miles honorem:
Protinus iſta ſenem prendere ſceptra iubent.
Nec dictu facile eſt ſolatia quanta per omnes
Cæſare ſint Tacito viſa redire gradus.
Quin verò Latias ampliſſimus ordo per vrbes
Scripſit, in optatum cedere regna patrem.
Gaudia quapropter ſubitis è motibus orta,
Italicas complent oppida cuncta domos:
Lætanturq; bono; peperit quod curia rebus,
Quas prius euerſas penè fuiſſe putes.
Nec quicquam eſt aliud Taciti quo facta celebres:
Hunc niſi quòd vero dixeris ore bonum.
Tum verò & notum eſt, claris vixiſſe Camœnis
Et gratum cunctis exhibuiſſe virum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Haud alijs vſum quem conſtat veſtibus eſſe,
Quàm qua priuatum viuere cura fuit.
Vxorem gemmis vti prohibebat: & aurum
Omnibus excluſum veſtibus eſſe iubet.
Nec dubium eſt magno voluiſſe hunc plurima fructu
Corrigere, & veteri reddere multa bono.
Principis & functi mores culpaſſe: quòd auro
Quodq; etiam gemmis molliter auctus agat:
Femineaq; ſinat nitidum ſe labe videri;
Cum ſibi parentes expetat eſſe viros.
Nec tamen aut Virtus; aut mens ſibi conſcia recti
Efficit, atroci quo minus enſe cadat.
Cæſar enim ſexto Tacitus pòſt menſe necatus
Accepto fluidas vulnere perdit opes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

PROBVS.

X.

DAlmata Romanis ſuccedit honoribus: etſi
Illuſtri veteres ſanguine neſcit auos.
Militibus prima eſt electio facta; Senatus
Quam læto prorſus ſancijt ore ratam.
Quidue putes obſtare locum; quo primus in auras
Huius & in vitæ triſtia ſecla venis:
Si tua te virtus, & conſcia numina veri,
Eximio dignum duxerit eſſe bono?
Omne ſolum forti patria eſt. Deus addit honorem
Cum libet; ac miro deſtinat alta gradu.
Idq́; adeò, vt præter veniant tibi maxima votum,
Quæ tibi ſidereo ſarta fauore putes.
Sic fortuna Probum melior dedit eſſe Monarcham,
Agricola quamuis ſceptra parente gerat.
Vir certè magna populorum voce beatus:
(Id modò ſupremam ſi venit ante diem)

Edita

Edita cùm merito fuerint ſuffragia plauſu:
Quæ diducta Probum carpere ſceptra iubent.
Cæſaribus gratum cunctisq́ue cohortibus olim
Excellens virtus fecerat eſſe ducem.
A quo, quæ ſummum deceat feciſſe Monarcham
Omnia diuinis motibus acta vides.
Iuſticiæ ſtudium, celebrisq́ue modeſtia; vini
Par modus; ac Gnydiæ meta decora deæ.
Quem genitor ſoboli Galieno oſtendit, & inquit;
Hunc vitæ exemplar duxeris eſſe tuæ.
Omnia militiæ ſuppleuit munera: cuius
Intrepidam miles cernit vbique manum.
Virtutemq́ue auxit Sapientia vera: beatis
Quæ nihil admixtum moribus eſſe ſinit;
Quod non diuino ceu natum ſemine dicas:
Et ferat authores in ſua facta deos.
Intereà ſceptris dum fortè potitus haberet
Militiæ validam, robora plena, manum:
Confeſtim merita proſtratos clade necauit
Interfectores Aureliane tuos.
Mox Aſia mouit Celtasq́ue profectus in vrbes,
Millia Françorum multa ſubacta domat.

Hinc Alemannorum ſuperauit milite gentem;
Eſt cui Rhetiacis proxima terra plagis.
Expulit Illyrio felici Marte phalanges
Sarmata quos iſtuc promouet acer equos.
Hinc Gotthos vicit, qui Thracica rura premebant,
Infuſiq́ recens depopulantur agros.
Horum pars bellis, pars fœdere ducta Latino
Ceßit, & Auſonio paret honeſta Duci.
Inde Orientis adit terrasq́ ac regna necatq́
Latronum varias multa per arua manus.
Cum Perſis pacem, cum Parthis fœdera iungit.
Liberat & magno plurima regna metu.
Inde Europæas tranat Probus acer in oras;
Sarmaticosq́ iterum ſubruit enſe duces.
Baſtarnas iußit Latij ſola plurima regni
Incolere, ac validos in iuga ferre boues:
Seruauitq́ fidem traductus in oppida miles
Barbarus, ac nulla prædia fraude colit.
Hinc Romam inuiſit Latiasq́ adit impiger vrbes:
Multaq́ ſub veteri ludicra more dedit.
Qui ſua ſpectaclis iterum petit arma peractis:
Primaq́ tum Perſas viſere cura fuit.

Iſta

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Iſta ſub Eöô gens imperterrita mundo,
Romanas laſſat victa ſubinde manus.
Sæpè fidem fallit conceptaq́ fœdera damnat:
Noſtraq́ perrupto limite regna premit.
Huc iterum cum Cæſar agens ſua bella ferebat
Syrmium adit, patrias tecta vetuſta domos.
Quo cum fortè loci paulùm conſedit, inurgens
Militibus promptas iuſſerat eſſe manus.
Nam limò oppletas ſtudet exhaurire paludes;
Idq́ operæ clari militis eſſe iubet.
Quæ res inuidiam peperit cumulata Monarchæ,
Ruſtica quòd fortes laſſet opella manus.
Auxit & offenſam vox Cæſaris iſta; futurum
Milite vt Vrbs tali nil opus eſſe putet.
Pacatis circum regionibus arma ſilere:
Militiaq́ duces poſſe vacare bonos.
Hæc equidem offenſas ſtimulabant dicta cohortes:
Et magis atq́ magis pectora læſa mouent,
Tantiſper ſubito dum res agitata tumultu,
Inſignem diro conficit enſe virum.
Sic periit Latiæ decus & tutela coronæ,
Omnia dum iuſta ponderat acta manu.

Conaturq́

Conaturq́ ſtatum & veteres reparare Quirites,
Cunctaq́ ſub priſcos ferre videnda dies.
Solus qui quod habet, ſi non habuiſſet, habere
Poſſet; & hoc illi nomen adeſſe Probo.
Annos ſex, aliquotq́ etiam ſub menſibus acer
Regnat, & hæc illi vita ſuprema fuit.

CARVS.

XI.

Succedit Carus, bello vir magnus & armis;
Gallica quem multi rura tuliſſe ferunt.
Eximia clarus bonitate, animoq́ modeſto,
Et veteri celebris nobilitate fuit.
Ingenio Muſas primis ſectatus ab annis
Phœbeia certos figit in arce pedes.
Exercetq́ animum ſtudijs, quibus inclyta menti
Cognitio, & vitæ creſcere cura poteſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Militis hic primùm cum voce in ſceptra veniret,
Mox ſarta œnotrius facta Senatus habet.
Principioq; feros commiſſa cæde domauit
Sauromatas, quorum millia multa necat.
Iſta Probo ſæuit iam Cæſare turba perempto;
Quos tamen in patrios Care repellis agros.
Hinc ſeſe in Perſas traducto milite firmat:
Et Cteſiphonteas occupat enſe domos.
Quas vltra toto cum tenderet agmine; cœlum
Hijs aduerſari ſentijt omne vijs.
Fulmine quapropter cœleſti tactus & igne,
Diuina Cæſar morte ſubactus obit.
Hic ſibi Cæſareo Gnatos ſub nomine iunxit;
Cum primùm Auſonij Principis arma capit.
Quorum nequitijs alter, virtute ſed alter
Cognitus, haud vno voluere facta gradu.
Nummerianus enim toto clariſſimus æuo,
Omnia diuino principe digna facit.
Frater at, Idaliæ flammasq; ſecutus & ignes,
Probroſo quoduis corpore crimen alit.
Tertius hos annus parili tum ſorte regentes
Abſtulit; hæc illis meta modusq; fuit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS.

XII.

VLtimus Auſonij Princeps hic ordinis eſto:
Cuius erat varijs vita decora bonis.
Dalmatico natus creuit genitore Diocles;
Militiæq; omnes tentat aditq; gradus.
Cui neq; maiores, quòd ruſtica turba fuiſſent,
Nec patria, aut tenui condita tecta luto
Obſtiterant; minus imperij quò culmen adiret:
Et regeret forti Romula ſceptra manu.
Virtus ſola viro peperit decus: illa tuetur
Commendatq; ſuis pectora culta bonis.
Hic eſt in Tungris Druidum cui dixerat vna,
Cum nimium parca ſolueret æra manu:
Imperij tandem potiturum faſcibus eſſe;
Si priùs inſignem vulnere ſternat aprum.

Quo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Quo motus dicto venabula Cæſar & enſes,
  Cunctaq; venantum prouidus arma colit.
Inuaditq; feras & aprorum corpora ſternit:
  Fortiaq; haud tenui viſcera ſtrage domat.
Interdumq; leui ſolitus deludere riſu;
  Seſe equidem rigidos figere dixit apros:
Aſt alios læta regnorum ſorte potiri:
  Et capere intereà culmina ſumma viros.
Auſpicijs ſed enim Cari cum fortè profectus
  Perſica non timidus Cæſar in arma furit.
Tum ſibi tum iecit Latij fundamina regni:
  Quæ mox ſublato principe tota gerit.
At priùs è medio fatalem ſuſtulit aprum:
  Cuius & inſidijs Nummerianus obit.
Auguſtos igitur cum exercitus omnis honores
  Et ſacra felici detulit arma Duci:
Aurelius magni tum Cæſaris arce potitus,
  Accipit haud timida ſceptra gerenda manu.
Principioq; acri graſſantem cæde Charinum
  Fudit, & Illyricos ſanguine complet agros.
Gallica mox pacat ſuperatis rura colonis:
  Colligit & ſparſas Maximianus opes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Hinc molem Imperij & ſurgentia bella Diocles
Cum videt, ac varijs cogier arma locis:
Vt celeri occurrat rerum ſtrategemate, regni
Conſortem cauto protinus ore legit.
Namq; opus haud paucis tum defenſoribus eſſe
Iudicat, accenſas cum vehat aura faces,
Omnis & infeſtas glomerarit terra cohortes:
Firmaq; ſtent varijs Martia ſigna plagis.
Maximianum igitur diuino Cæſar honori
Iungit, & Auguſti nomen habere dedit.
Hijs tamen intereà ne quid diuerſa nocerent,
Quæ paßim rumor creſcere bella fuit:
Cæſareo fidum ſibi nomine quiſq; legebat:
Quem pariter regni cura futura premat.
Gallerium primo dixit ſibi iure Diocles:
Chloron at ingenio Maximiane probas.
Hunc dederat cœlum tibi Conſtantine parentem,
Qui Magni toto nomen in orbe geris.
Hijs equidem Auguſti ducibusq; ac robore freti,
Omnia ſublatis hoſtibus arma terunt.
Atq; ingens certè totum commouerat orbem
Ardua qui paßim bella tumultus alit.

Africa,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Africa, Germani, Gallorum rura, Britanni,
Ægyptus, Rheti, Perſia tota, Syri:
Omnibus vna fuit ſæuo mens tendere bello:
Mutuaq; in proprium vulnera pectus agunt.
Tum diuerſa Duces adeunt loca. Maximianus
Africa deuictis hoſtibus arua leuat.
Germanos fudit Conſtantius. ipſe Diocles
Liberat Ægypti regna viroſq; metu.
Oppreſſumq; ducem lacerandum morſibus addit,
Quos fert haud dubiæ beſtia ſæua neci.
Gallerius Perſam, primo licet agmine victus,
Pòst tamen & bello proſperiore fugat.
Eximiaſq; auro gazas, orientis honores,
Rettulit, ac merita prœlia laude gerit.
Hinc claros obeunt diuerſo ex hoſte triumphos,
Et iungi niueos Roma videbat equos.
Magnaq; ſolennes agitant ſpectacula luſus:
Ac ſolito latè pulpita more ſtrepunt.
Cum Pax intereà toto gratiſsima mundo
Auſonios magno vexit honore duces:
Florerentq; bonis ſtudiorum plurima Muſis
Pectora, & haud tenui laude Thalia foret.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Præcipuè hiſtorijs meritam quibus addere lucem
  Et veteres ſcriptis res dare cura fuit.
Hij magno certè numero tum viuere; quorum
  Jn longos ſupereſt fama beata dies.
Ergo vbi cuncta foris poterant ſublata videri,
  Quæ varijs fuerant bella ſuborta locis:
Decreto vidit Nicomedia ſurgere flammas;
  Sacraq; funeſtas lambere tecta faces.
Non ea Romanum turbantia prœlia Regem,
  Nec quibus imperium hædera cura fuit.
Aſt aduerſa Deo, Chriſtumq; inimica profeſſis,
  Ingenti labes ſe mouet iſta malo.
Sentijt hos equidem triſtes Eccleſia motus,
  Nec ſimiles vnquam pertulit ante manus:
Nec pòſt experta eſt. tot funera ſancta Diocles,
  Tot ſanctos vario ſuſtulit enſe patres.
Hæc eſt Martyribus cumulata afflictio: regni
  Vis Stygij, & ſummis ſecula preſſa malis:
Jn quibus aduerſus concepta opprobria Chriſtum,
  Horribili lacerant corpora ſancta cruce.
Culeus, enſis, aquæ, funis, rota, carcer, arundo,
  Pix, oleum, flammæ, vincula, flagra, faces,

Exilium,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Exilium, montes, laceratio, beſtia, plumbum,
Et quodcunq; aliud dicere lingua poteſt:
Omnia militibus Chriſti, tormenta fuere:
Dum pereat varijs turba beata modis.
A qua ſi dextram tenuiſſet cæde Diocles;
Æterno princeps dignus honore foret.
Nam prudens felixq; fuit, doctosq; fouebat,
Magnaq; virtutis ſemina pectus habet.
Quæ tamen oppreßit ſcelerata cæde piorum;
Vndiq; quos toto Cæſar in orbe necat.
Hinc grauis Imperij cum ſarcina viſa fuiſſet:
Et propè iam feſſo vita mearet equo:
Imperium, & regni deponunt ſceptra volentes
Auguſti, idq; vno cautus vterq; die.
Intereà Iouium ſe dixerat eſſe Diocles:
Herculei nomen Maximianus alit.
Nec certè falſa res eſt æquata bilance;
Maxima ſed veri ſigna laboris habet.
Ille Iouem magnis imitatur in actibus: aſt hic
Perficit Alcidæ fortia facta Dei.
Iuppiter inſanos ceu diſpulit igne Gigantes,
Tantaq; ſub Stygias monſtra ſubegit aquas:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Haud ſecus Imperij lacerantes iura Tyrannos
Atroci Iouius perdidit enſe duces.
Juppiter ætherea ſua numina mittit ab arce:
Noſtraq; diuina terra iuuatur ope.
Sic quamuis vna Cæſar regione moratur,
Cuncta tamen merito lumine regna beat.
Sentit & eximij tellus quæcunque Monarchæ
Pectus, & abſentem nil putat eſſe Deum.
Vtq; elementa quidem turbataq; fœdera mundi
Pacat, & hanc curam Iuppiter orbis agit:
Sic Iouius varia tum ſeditione tumentes
Opprimit, ac celeri perdidit enſe malos.
Has etiam curas tum Maximianus alebat,
Et domitas vario ſuſtulit orbe feras.
Alcidæ ſtudio loca ſunt purgata periclis;
Et fuſo paßim ſanguine monſtra iacent.
Haud ſecus Herculei virtus infracta Tyrannos
Conficit, ac ſæuos obruit enſe greges:
Jnducitq; iterum turbatis fœdera rebus,
Sublataq; bonos ſeditione regit.
Hoc ergo Auguſti mundum dum fine gubernant;
Concordes retinent in ſua vota manus.

Nec

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Nec ſeſe Herculeo Iouius ſubducit; at alter
    Alterius toto pectore facta iuuat.
Imperio ſedenim poſito conſtantior eſſe,
    Ipſe Dioclea viſus ab arte fuit.
Maximianus enim repetit dum ſceptra, paratq́;
    Inſidias, ſubito militis enſe cadit.
At Iouius patriam cum fortè reuerſus in vrbem,
    Priuato cœpit viuere more ſenex:
Oblatos iterum faſces contempſit; & iſtas
    Hoc mihi delicias reddere, dixit, olus.
Sic annos bis quinq; quidem priuatus agebat,
    Hortenſiq́; fugat tædia longa bono.
Difficilem ſolitus regnorum dicere curam,
    Sceptra quòd haud vno merſa labore ſient.
Quatuor imperio confecit luſtra: Salonis
    Mortuus, in patrio condidit oſſa ſolo.
Vel ſenio abſumptus, vel poto in fata veneno
    Expletos dubio liquit in orbe dies.
Tradita continuant Latij moderamina ſceptri,
    Cæſareo quondam pectora nota gradu.
Perq́; vices varias, varijq́; volumina regni
    Haud meriti rapiunt Romula fræna duces.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Qui cum ſe multo laceraſſent Marte Tyranni;
Et paßim ſubitis occubuere modis:
Eximia virtute quidem Conſtantius ardet,
Gallica qui forti rexerat arua manu.
Hic nihil imperio molitus in agmina Christi,
Tranquilla iuſsit tota quiete frui.
Oppreßis igitur diuerſa per arma Tyrannis
Omnibus, hic Latias promouet vnus opes:
Hancq́ adeò ſtirpem regnis Deus inſerit: vt ſit
Cum pietas primos vera coronat auos.
Conſtantinus enim defuncto ſceptra parente
Et capit; & toto ſolus in orbe regit.
Qui pius Italiam Latiosq́ vt liquit honores,
Ad Ponti ripas mœnia læta ſtruit.
Et Byzanthina ſedem cum fixit in vrbe;
Intulit in Græcas Romula ſceptra manus.

Hæc de Cæſaribus mihi ſint narrata Latinis;
Quos vel grata patres, vel acerba expecta Tyrannos
Roma fuit; primi intereà dum culmina regni
Ventilat; ac fragili ſceptrum virtute tuetur.

Magna

Magna autem in multis rerum eſt conuerſio: magnis
Hiſtoria exemplis fortunæ vſusq; redundat:
Vt ſanè vtiliter cognoſci hanc poſſe putarim:
Quæ moneat Regesq; pios celebresq; Monarchas,
Qua vitæ norma, qua ſe pietate quibusq;
Auſpicijs ſtudeant magni in faſtigia regni
Mittere. non eadem ratio eſt; quo iure modóue
Imperio aſpires. virtus fundamina ſceptris
Ponat, & ex illo creſcat tibi gloria fulcro.
Vna eſt quæ moueat venturos cura Nepotes;
Ne ſibi quid fortaſſe etiam violenter agendum
Et non iure putent. Nunquam felicibus auget
Imperium fraus dira vijs. patiare moneri
Pectora: & huc animo tendas, quem conſcia recti
Mens fouet, ac culpæ dubium non linea reddit.
Quidue etiam è medio ſanctos rapuiſſe Monarchas
Profuerit? cædes facile eſt patraſſe; grauesq;
Struxiſſe inſidias; vni cum triſtia plures
Ceu coniurando meditantur funera. ſed quid
Intereà eſt lucri? nunquidue impune Tyrannos
Non etiam vſq; malos gladio te tollere poſſe
Et iugulare putes? faciunt fortaſſe, quod eſſe

Haud factum decuit; cum ſint hominesq; viriq;
Mortales; quos ſæpè latent, quæ recta ſequantur:
Seu natura equidem nimiùm impellente ferantur
In præceps, odijsq; grauent vel amoribus æuum:
Vt tanquam victi nequeant conſiſtere. Seu ſint
Perſuaſi; factoq; alienam obtendere culpam
Et proferre queant, quodcunq; eſt huius, in acrem
Incidere errorem procliue eſt deniq;. num tu
Hic ergo è medio iam protinus enſe Tyrannum
Suſtuleris, rapiasq; virum; quem iniuria nondum
Damnat, & in iuſtos Notoria merſerit ignes?
Haud facias. Impune quidem violentia nullum
Perfecit ſcelus. hæc ratio eſt, hæc linea regnis:
Vt quibus iſta dari fato eſt & legibus actum
Æthereis: quibus hanc ſuperi indulſere coronam;
Hos equidem iuſto ductos ex ordine regnis
Admoueant, ſacrisq; vocatos faſcibus addant:
Et nihil humanis præuiſo ſenſibus ornent.
Vt nihil id referam; quæ ſis violenter adeptus;
Haud tibi tuta dari. qua tu ratione priores
Turbariſue premáſue viros; hac lege ſequentes
Obruerint rurſus, teq; in tua vulnera voluant.

Iuſticia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Iuſticiæ hoc diuinæ opus & ſententia cœli eſt:
Arbitrio cuius cum duret mundus, honeſtè
Faſcibus aſpires, & quæ moderata ſequare.
Cum verò Imperij ſis nactus ſceptra; gerendum
E virtute putes. nec te priuata tuarum
Sic rerum abſtulerit ratioq; & cura; labaſcat
Vt Status, & fœdis ſint Publica ſparſa ruinis.
Sobrietas, Rectiq; amor, & Clementia diuis
Par ſuperis, Pietas quæ cœlo haud diſplicet; acre
Pro miſeris ſtudium: Largum eſſe, animoq; benignũ,
Et placidum alloquio; Conſtantia iuſta: tenacem
Fœderis; audacem cum res ferat eſſe; Leonem
Aduerſus ſeſe duros præſtare Tyrannos.
Tum benefacta etiam non obliuiſcier. ipſas
Sic Muſas colere: vt quod tu coluiſſe ferare;
Te colat; ac laudem virtuti præmia reddat.
Mox leges & iura velis molirier; vt ſit
Vtilitas, legum finis: quæ publica verè
Vtilitas ſiet, ac ſolido ſit maxima lucro.
Deniq; ſic agere; vt metuas nihil inde venire
Priuatam in vitam, & claros deponere faſces:
Si quid Dij fortaſſe premant; ſi blanda relinquat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Fortuna; ac alia condat tibi fata bilance.
Quin Diſciplinæ cuſtosq; & imago pudorem
Aſſerat, ac ſcelerum violentos obruat ignes:
Applauſuq; bonos & honeſta laude coronet.
Hæc illa eſt ſummis virtus ampliſsima regnis,
Hæ gemmæ, floresq; ſacri; quibus iſtud auitum
Commiſſúmue etiam Imperium ſuccreuerit: hiſce
Conſiſtat neruis, hoc ſe tueatur honore.
Intereà quodcunque etiam patiare; ferendum
Fortiter eſſe putes. non eſt Mortalis, & eſſe
Nemo poteſt, regno quanquam ſit maximus: in quẽ
Non aduerſi aliquid ceu concinnaſſe videri
Fata queant. Bona noſtra malis ſunt mixta. faceſſat
Humana quicunque putet non ſorte teneri
Se quoq;: nec duros in carbaſa ſenſerit Euros.
Impulſus ſed enim fortunæ ita viceris; vni
Si Chriſto fidas: ſi mens ſibi conſcia recti
Militet, ac ſubitos Patientia leniat ignes.
Poſtremò, vitæ cum Terminus ingruit, hoc te
Solere, ingenuo quòd quæ ſunt recta ſecutus
Pectore cuncta ſies. famæ tum iura relinquas
Tanta tuæ; quanta ipſa ſinit fortuna relinqui

Quæ

Quæ quantum vel recta velit, vel praua tueri,
In noſtra non illa manu, non iure relinquit.
Mergimur in voces hominum: quas ſtringere noſtri
Haudquaquã arbitrij eſt. laudant culpanda; perinde
Vt non rarò etiam laudanda negocia culpant
Duriter, & rictu nos inclemente fatigant
Ignari: ſed iudicio pars improba, cum ſe
Soluit in ingratos bilis temeraria morſus.
Hæc à morte quidem eſt Homini fortuna. Quibuſdam
Mollior aſpirat ventus tamen. indue mentem
Quæ nihil aduerſi ignoret: quæ ſponte ſequatur.
Quò Deus & vitæ ſors non mutanda vocarit.

FRANCOFORTI AD MOENVM, APVD HAEREDES CHRISTIANI EGENOLPHI, EXPENSIS D. ADAMI LONICERI, M. IOHANNIS CNIPII ANDRONICI ſecundi, & Pauli Steinmayers.
Anno M. D. LXXIIII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 667 4° copy 3